BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM
TEUBNERIANA.

CLAUDII GALENI PERGAMENI

SCRIPTA MINORA.

RECENSUERUNT

IOANNES MARQUARDT IWANUS MUELLER
GEORGIUS HELMREICH.

VOL. I.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΠΑΘΩΝ ΚΑΙ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΩΝ.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑ ΤΗΣ ΣΜΙΚΡΑΣ ΣΦΑΙΡΑΣ ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ.
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ.

EX RECOGNITIONE

IOANNIS MARQUARDT.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXIV.

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA.

	M. ₰
Aelianus ed. *Hercher*. 2 voll.	9.—
— — **varia historia**	—.90
Aeneae comment. ed. *Hug*	1.35
Aeschines ed. *Franke*	—.90
Aeschylus ed. *Dindorf*	1.20
— — einzelne Stücke . . . à	—.30
Alberti Troilus ed. *Mersdorf*	3.—
Ammianus Marc. ed. *Gardthausen*. 2 voll.	7.20
Anacreon ed. *Rose*. Ed. II	1.—
Andocides ed. *Blafs*. Ed. II	1.20
Anthimus ed. *Rose*	1.—
Anthologia latina ed. *Riese*. I. 1. 2.	7.50
— **lyrica** ed. *Bergk*. Ed. III.	3.—
Antiphon ed. *Blafs*. Ed. II.	2.10
Antoninus ed. *Stich*	1.80
Apollodorus ed. *Bekker*	1.—
Appollon. Rhodius ed. *Merkel*	1.—
Appian ed. *Mendelssohn*. 2 voll.	9.—
Archimedis opera omnia. Ed. *Heiberg*. 3 voll.	18.—
Aristophanes ed. *Bergk*. 2 voll.	3.—
— — einzelne Stücke . . . à	—.45
Aristoteles de partibus animal. ed. *Langkavel*	1.80
— **de arte poetica** ed. *Christ*	—.60
— **physica** ed. *Prantl*	1.50
— **Ethica Nicomachea** ed. *Susemihl*	1.80
— **Ethica Eudemia** ed. *Susemihl*	
— **de coelo etc.** ed. *Prantl*	1.20
— **de coloribus, audibilibus, physiognomonica** ed. *Prantl*	—.60
— **politica** ed. *Susemihl*	2.40
— **magna moralia** ed. *Susemihl*.	1.20
— **de anima libri III** ed. *Biehl*.	
Arriani expeditio ed. *Abicht*	1.20
— **scripta min.** ed. *Hercher*	1.—
Athenaeus ed. *Meineke*. 4 voll.	12.—
Augustinus iter. ed. *Dombart*. 2 voll.	6.—
Aulularia ed. *Peiper*	1.50
Avienus ed. *Breysig*	1.—
Babrius ed. *Schneidewin*	—.60
Boetius de inst. math. ed. *Friedlein*	5.10
— **de consolatione** ed. *Peiper*.	2.70
— **comm. in libr. Aristotelis** περὶ ἑρμηνείας rec. *Meiser*. 2 voll.	8.70
Bucolici Graeci ed. *Ahrens*	—.60
Caesar ed. *Dinter*, kplt.	1.50
— ed. *Dinter*. 3 voll. . . . à	1.—
— **de bello Gallico.** Ed. min.	—.75
— — **civili.** Ed. min.	—.60
Cassius Felix ed. *Rose*	3.—
Catullus ed. *Müller*	—.45
Catullus, Tibullus, Propertius	2.70
Cebetis tabula ed. *Drosihn*	—.60
Celsus ed. *Daremberg*	3.—
Censorinus ed. *Hultsch*	1.20
Cicero ed. *Müller*. Pars II. Vol. I, Pars IV. Vol. I. II. III, jeder à	2.10
— ed. *Klotz*. 5 part. 11 voll., kplt.	22.35
— **orat. selectae** ed. *Klotz*. 2 part.	1.50
— **orationes sel.** edd. *Eberhard et Hirschfelder*	2.—

	M. ₰
Cicero, epistolae selectae ed. *Dietsch*. 2 partes	2.50
— **epistolae** ed. *Wesenberg*. 2 voll.	6.—
Commodianus ed. *Ludwig*. I & II	2.70
Cornelius Nepos ed. *Halm*	—.30
Cornutus ed. *Lang*	1.50
Curtius Rufus ed. *Vogel*	1.20
Dares Phrygius ed. *Meister*	1.20
Demosthenes ed. *Dindorf*. 3 voll.	4.50
— — Auch in 6 Partes, à pars	—.75
Dictys Cretensis ed. *Meister*	1.50
Dinarchus ed. *Blafs*	1.—
Dio Cassius ed. *Dindorf*. 5 voll.	13.50
Dio Chrysost. ed. *Dindorf*. 2 voll.	5.40
Diod. Siculus ed. *Dindorf*. 5 voll.	15.75
Dionysius ed. *Kiefsling*. 4 voll.	10.80
Dracontius ed. *de Duhn*	1.20
Eclogae poet. latin. ed. *Brandt*	1.—
— **poet. graec.** ed. *Stadtmüller*.	2.70
Epicorum Graecorum fragm. ed. *Kinkel*. Vol. I	3.—
Erotici script. ed. *Hercher*. 2 voll.	7.50
Euclidis elementa ed. *Heiberg*. I.	3.60
— Vol. II.	
Eudociae violarium ed. *Flach*	7.50
Euripides ed. *Nauck*. Ed. III. Vol. I & II à	1.50
— — — Vol. III. Fragmenta	2.70
— — — Einzelne Stücke à	—.30
Eusebius ed. *Dindorf*. 4 voll.	15.—
Eutropius ed. *Dietsch*	—.30
Fabulae Aesopicae ed. *Halm*	—.90
Fabulae Roman. ed. *Eberhard*. Vol. I	3.75
Florus ed. *Halm*	1.—
Frontinus ed. *Dederich*	1.50
Gaius ed. *Huschke*	2.70
Gellius ed. *Hertz*. 2 voll.	3.30
Heliodor ed. *Bekker*	2.40
Herodian ed. *Bekker*	1.20
Herodotus ed. *Dietsch*. 2 voll. . à	1.35
Hesiodus ed. *Flach*	—.45
Hesychius Milesius ed. *Flach*	—.75
Hieronymus ed. *Herding*	2.40
Historia Apollonii ed. *Riese*	1.—
Historici Graeci minores ed. *Dindorf*. 2 voll.	8.25
Historicorum Rom. rell. ed. *Peter*.	4.50
Homeri Ilias, kplt. 1 Band mit Einleitung von *Sengebusch*	2.25
— **Odyssea**, kplt. 1 Band mit Einleitung von *Sengebusch*	2.25
— **carmina**, I. 1 (Ilias I)	—.75
— — I. 2 (Ilias II)	—.75
— — II. 1 (Odyssea I)	—.75
— — II. 2 (Odyssea II)	—.75
Horatius ed. *Müller*	1.—
Hygini Gromatici liber ed. *Gemoll*	—.75
Hymni Homerici ed. *Baumeister*	—.75
Hyperides ed. *Blafs*. Ed. II.	1.35
Iliadis carmina ed. *Koechly*	3.—
Incerti auctoris lib. de Constantino Magno ed. *Heydenreich*	—.60
Iosephus, Flavius, ed. *Bekker*. 6 voll.	12.60
Isaeus ed. *Scheibe*	1.20

CLAUDII GALENI PERGAMENI

SCRIPTA MINORA.

RECENSUERUNT

IOANNES MARQUARDT IWANUS MUELLER
GEORGIUS HELMREICH.

VOL. I.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΠΑΘΩΝ ΚΑΙ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΩΝ.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑ ΤΗΣ ΣΜΙΚΡΑΣ ΣΦΑΙΡΑΣ ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ.
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ.

EX RECOGNITIONE

IOANNIS MARQUARDT.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXIV.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Emendatio librorum Galeni, qui hoc primo volumine comprehenduntur, praeter 'Protrepticum', cuius nullus, ut videtur, hodie exstat liber manuscriptus, potissimum ex codice Laurentiano 74, 3 pendet, quem ceteris omnibus, quotquot ad aetatem nostram pervenerunt, integritate et bonitate longe praestare cum alii intellexerunt, tum ipse in Observationibus meis criticis[1]) accuratius demonstravi. Cuius fide atque auctoritate si prae ceteris nixus ad opera quaedam Pergameni medici typis exprimenda aggredior, ne nimia fiducia atque arrogantia inflatus videar, monitum te esse velim, ne summa quidem cum opera ac diligentia inquirenti mihi contigisse alium praestantiorem codicem investigare; tum vero tantum abesse, ut hac editione opus quasi perfectum atque ab omni parte absolutum me confecisse arbitrer, ut libenter neque invitus concedam facile fieri posse, ut magnam mendorum vim sive neglegentia sive inscitia intactam reliquerim et multa mutaverim, quae alius quis rei peritior non mutanda esse censeret.

Itaque caveas, quaeso, ne credas, id mihi me sumpsisse atque arrogasse, ut Galenum purum putum restituisse me existimaverim, restitutumque ita ut ipse fuit, prelo subiecisse.

1) Observationes criticae in Cl. Galeni librum περὶ ψυχῆς παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων. Lips. 1870.

Neque enim volui demonstrare, quid ipse ad Galenum emendandum effecerim, sed viam proponere rationemque, qua Galenum emendari posse invenerim. Quam rationem si homines docti probaverint iudicarintque, non totum me tempus fefellisse in re nova pertractanda, equidem magno opere gaudebo.

Ex Laurentiani codicis scripturis emendavimus quam fieri potuit tres commentarios, quorum inscriptiones hae sunt:

I. *Περὶ τῶν ἰδίων ἑκάστῳ παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων τῆς διαγνώσεως* libri duo.[1])

II. *Περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας πρὸς Φαβωρῖνον ἕν.*[2])

III. *Περὶ τοῦ διὰ τῆς σμικρᾶς σφαίρας γυμνασίου.*[3])

Quibus accedit *Προτρεπτικός*[4]), cuius nullus hodie exstat codex manu scriptus.

Sed priusquam ad ipsum propositum accedamus, ex re erit pauca praefari de subsidiis nonnullis criticis, quibus praeter Laurentianum usi sumus; et hoc ita instituemus, ut primo capite dicamus de editionibus singularibus et codicibus; altero de emendationibus ab aliis V. V. D. D. inventis; tertio de ratione, quam ipsi in nostra editione adornanda secuti sumus, quarto de quibusdam generibus mendorum, quinto denique de interpolationibus.

CAPUT PRIMUM.

Editio princeps est Aldina (1525). Ex hac paucissimis exceptis eisque levissimis mutationibus ad verbum expressa est editio Basileensis (1538). Ex hac Charterius Parisinam suam descripsit (1679), de qua, ut recte iudices, audias velim, quid vir Galeni studio-

1) cf. XIX, 45. XVI, 335. — 2) cf. XIX, 44. — 3) Non citat G. hunc libellum inter suos. — 4) cf. XIX, 38 et Editt. Koehleri et Willeti.

sissimus Ermerins in Hentscheli Iano II, p. 1—15 censuerit:

„Doch sind diese Fehler (scil. editionis Basileensis), inquit, nichts im Vergleich mit den Fehlern der Ausgabe Chartier's, in welche bei den Versehen der Abschreiber noch obendrein das unkritische Verfahren des Herausgebers neue Verworrenheit hineinbrachte. So scheint seine Edition völlig unbrauchbar um als Grundlage neuer Bearbeitungen benutzt zu werden und seine Recension war mehr ein Schritt rückwärts als vorwärts."

Simile quid etiam Kuehnius de editione Charterii iudicat, cum Praef. I, p. XIII dicit Charterium provinciam editoris male administrasse, quia multa reliquisset, quae cum linguae graecae rationi manifesto repugnarent etiam codicibus invitis corrigenda fuissent. Sed vereor, ne haec gravissima vituperatio in ipsum censorem recidat. Etenim si, ut unum quidem argumentum afferam, exempli causa ad librum *περὶ παθῶν* respicere velis, in hoc libro quinquaginta fere levissimis mutationibus exceptis — quarum equidem non nisi decem meas feci — nullas investigabis, quibus Kuehniana editio a Charteriana differat. Et idem, quod de hoc uno libro dixi, in ceteros quoque plus minusve cadit. Itaque quaerendum est, num forte, qui singulares editiones curaverunt, viri docti melius ac cautius munere suo functi sint. Indicem harum editionum apud Ackermannum in Historia literaria conscriptum habes. Equidem praeter duas Protreptici, de quibus postea singillatim dicemus, quattuor tantum inspicere atque accuratius examinare potui, Goulstonianam, quae nostros commentarios — libro qui est de parva pila excepto — omnes una cum quinque aliis complectitur, Caselianam libri *περὶ παθῶν*, quae iterum edita est ab Ackero, et editionem Kuehnii minorem libelli, qui *περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας* inscribitur.

Ac prima quidem nota est sub titulo: *Κλαυδίου*

Γαληνοῦ Περγαμηνοῦ τῶν σωζομένων τινά. A viro clarissimo D. Theodoro Goulstono Medicinae doctore — graece recensita mendisque, quibus scatebant, quam plurimis repurgata et in linguam latinam clarius puriusque quam antehac traducta. Accessere ab eodem Variae lectiones et Adnotationes criticae.' Lond. 1640. 4. Ut ex hoc ipso titulo intellegitur, Goulstonus primus novam viam in castigando verborum contextu ingressus est, quippe qui non modo coniecturis propriis eum emendare conatus sit sed etiam, id quod plurimum valet, codices manu scriptos adhibuerit Adelphi, Regium vel Bibliothecae regis Britannici, Londinensem, Venetum. Sed, ut videtur, ex his non ita multum profecit. Nam in libro *περὶ παθῶν* e. g. codicem Adelphi semel commemorat, Londinensem decies. Quorum potissimum Londinensis haud malae notae fuisse existimandus est, quippe cum decem eius scripturae, quae afferuntur, verissimae ac sine dubitatione genuinae sint. Exhibet enim, ut unam quidem commemorem, V, 20, 1 K. pro verbis corruptissimis *ἐν ἐκείνῳ τῷ μαστιγωθῆναι θεώμενος* (i. e. *ἐνέκειτό μοι — δεόμενος*) unus omnium veram lectionem *δεόμενος*, quapropter maxime dolendum est hunc vere eximium codicem una cum ceteris Goulstoni libris periisse, id quod inde colligere licet, quod neque Pertschius Gothanus, Vir clarissimus et a consiliis intimis, qui in meam gratiam his codicibus investigandis operam dedit, eos indagare potuit, neque Iw. Mueller, cuius testimonia in praefatione libello *ὅτι ὁ ἄριστος ἰατρός* (edit. II, p. 11) praefixa invenies.

Nihilominus editio Goulstoni, qua erat magna sagacitate ingenii atque admirabili diligentia, haud parvam utilitatem praebet. Ipse ex emendationibus eius in solo libro *περὶ παθῶν* unam et viginti in meam editionem recepi, ita ut recte quis mirari possit, quod Kuehnius, quippe qui eius lectiones varias in minore sua editione libri *περὶ τ. ἀρίστης διδασκαλίας* exscri-

pserit, in ceteris eam plane neglexit. Caselii editio inscribitur: 'Galeni aureolus libellus: quomodo quis et dinoscat et sanet proprios animi sui adfectus: ex emendatione accurata Io. Caselii.' Helmst. 1592. 4.

De via ac ratione, qua hic editor rem suam egerit, ipsius verba profero, quae in epilogo 'Lectori salutem' inscripto leguntur: 'Tamen in hac cura ab audacia me non potui prorsus vindicare. Primum quod ad verba, si aliena substitui, in hoc scriptore nihil iacturae facit Graeci sermonis puritas. Hoc egi, ut sententia esset clarior. Itaque alicubi aliquid induxi: alibi supplevi, quod deesse videretur: reliqui unum atque alterum locum, etsi mentem scriptoris videbam. Neque enim verba inveniebam, quae probarem.' Quod ipse his verbis se egisse testatur editor, id sane ita egit, ut Galenum nobis proponeret, non qualis fuit, sed qualis editori fuisse visus est. Attamen ex tanta mutationum eius sive leviorum sive graviorum farragine quinque fere h. d. verissimas emendationes meas facere potui. Latinam versionem huius editionis Caselius una cum scholiis edidit sub titulo: 'Galeni libellus Quemadmodum quis animi sui affectus dinoscat et corrigat. Jo. Caselio interprete.' Helmst. 1596, quam mirum in modum confudit Ackermannus in Histor. liter. K. I, p. CXLV s. fin. cum versione Bernardini Donati Veronensis, quam in bibliotheca urbana Luebeckiensi nuperrime repperi s. t. 'Cl. Galeni Perg. de cognoscendis curandisque animi morbis, quas Perturbationes Latini appellant. Bernardino Donato interprete.' Venet. 1538. 12.

Graecam Caselii editionem libri *περὶ παθῶν* multo post iterum typis exprimendam curavit sed non nisi suis emendationibus adornatam Io. Henr. Acker. Rudolst. et Ien. 1715 sub titulo: 'G. libellus quemadmodum quis animi sui adfectus dinoscat et corrigat Io. Caselio interprete. In usum iuventutis suae iterum edidit Io. H. Acker.'

Emendandi vero munere ita functus est Ackerus, ut multo audacius quam Caselius, artis criticae omnino nulla habita ratione, sententiarum nexum, ubicunque obscurus et parum clarus videbatur, ex suo ipsius ingenio ad legendum atque intellegendum faciliorem aptioremque redderet. Maxime igitur cavendum est, ne alucinationibus istis nimiam fidem habeas. Attamen, quamquam longe maxima pars coniecturarum a veritatis vestigiis nimis longe discedit, nonnullae in eis inveniuntur, satis feliciter ac recte excogitatae, quarum equidem triginta fere grato animo accepi.

Quarta, quam inspeximus, editio est libelli *περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας* a Kuehnio seorsim in lucem emissa, cuius inscriptio haec est: 'Cl. Galeni De optimo docendi genere libellus. Novae Medicorum Graecorum omnium editionis specimen exhibuit D. C. G. Kuehn.' Lips. 1818.

Contextus verborum in hac editione vix ullo loco a maiore eiusdem auctoris discrepat, neque omnino ullius foret momenti, nisi praeter Goulstoni varias quasdam lectiones coniecturas illas egregias Cornarii contineret, quas vir iste ingeniosissimus olim margini Aldinae suae (Ienensis) affixerat. In ipsum textum nullam earum recepit Kuehnius.

Novam eiusdem commentarii recognitionem instituit viginti annis post Lud. Kayser in libro suo 'Flavii Philostrati Vitae sophistarum' (Heidelb. 1838) p. 131—138, de qua, cum in codice nostro Laurentiano nitatur, postea videbimus.

Haec habui, quae de editionibus separatim emissis dicerem. Quoniam igitur ne ex his quidem quidquam utilitatis ad restituendum Galenum redundat, nunc quaerendum est, num forte codices exstent manu exarati, qui scriptoris verba puriora atque integriora servaverint, quam ille, ex quo Aldina ceteraeque editiones manaverunt. Sed vereor, ne haec ipsa spes, si ei nimis indulseris, quaerentem te deceptura sit.

Neque enim Florentiae, cuius rei Zangemeister testis est non spernendus, qui in patris mei gratiam locum de horologiis tractaturi bibliothecas complures perscrutatus est, ullus codex praeter Laurentianum 74, 3 asservatur, qui commentarios *περὶ παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων* contineat, neque in ipsis Venetiis, ubi Aldi editio prodiit.

Quodsi Ackermannus in Historia literaria K. I, p. CXLV dicit librum *περὶ παθῶν* in codice Marciano 281[1]) legi, una cum catalogi bibliothecae Marcianae

1) Index scriptorum in hoc codice comprehensorum ex auctoritate H. Hinckii hic est:

fol.	1^{v}	index graecus a manu recentiore scriptus, cuius in calce index latinus subsequitur.
„	2^{r} — 46^{v}	*Γαληνοῦ ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων ἤτοι περὶ πτισσάνης* Des. *ἐφεξῆς ποιήσεται τὸν λόγον: —*
„	47^{r} — 71^{v}	*Γαληνοῦ ὑπομνήματα εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον τὸ προρρητικὸν ἱπποκράτους* Des. *τῶν λυπούντων γεγονέναι*
„	72^{r} — 75^{v}	*Γαληνοῦ περὶ σφυγμῶν τοῖς εἰσαγομένοις* Inc. *ὅσα τοῖς εἰσαγομένοις* Des. *ἀρτηρίας βραχεῖαν*
„	75^{v} — 76^{v}	*Γαληνοῦ περὶ οὐσίας τῶν φυσικῶν δυνάμεων:* Inc. *ὥσπερ ὅτι ψυχὴν ἔχομεν* Des. *ὁ πλάτων αὐτῆς ἐμνημόνευσεν*
„	76^{v} — 77^{r}	*Γαληνοῦ περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστῃ ψυχῇ ἁμαρτημάτων.* Inc. *ἡ μὲν δὴ τῶν παθῶν* Des. *νῦν εἶναι μόνην: —*
„	77^{v} — 81^{v}	*Γαληνοῦ περὶ χρείας ἀναπνοῆς*
„	81^{v} — 89^{r}	*Γαληνοῦ περὶ τοῦ προγινώσκειν*
„	89^{r} — 89^{v}	*Γαληνοῦ περὶ τῶν ὅλου νοσήματος καιρῶν*
„	90 vacuum relictum.	
„.	91^{r} — 92^{v}	*Γαληνοῦ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων·*
„	92^{v} — 93^{v}	*Γαληνοῦ περὶ τῶν ἀπὸ χολώδους χυμῶν συνισταμένων*
„	93^{v} — 104^{r}	*Γαληνοῦ πρὸς πίσωνα περὶ τῆς θηριακῆς ἀντιδότου*
„	104^{v} — 106^{v}	*Γαληνοῦ περὶ θηριακῆς πρὸς παμφιλιανόν.*
„	106^{r} — 126^{v}	*Γαληνοῦ περὶ ἀντιδότων* Des. *σὺν ὕδατι ἐπ' ἐνιαυτόν: —*

Cod. membr. in fol. saec. XV. una manu scriptus foliorum 126.
(Venet. mense Nov. 1868. H. Hinck.)

auctore gravissime erravit, quippe cum in hoc codice non liber περὶ παθῶν exhibeatur, sed duo prima capita libri περὶ ἁμαρτημάτων eaque foliis 76 et 77 exarata. Ceterum memoratu non indignum videtur eadem haec duo capita fere sine ullo scripturarum discrimine etiam in codice Laurentiano 74, 5 chart. saec. XIV, quem Helmreichius praef. ad Gal. 'De elementis ex Hipp. sententia libri duo' p. IX accuratius descripsit, inveniri.

Utriusque codicis lectiones scripturis Laurentiani 74, 3 tam similes sunt, ut utrumque ex illo descriptum esse vix possit dubitari.

Fragmentum versionis latinae libri περὶ παθῶν K. V, 1—46 exstat in codice Dresdensi 92 (D) saec. XV cf. Kuehn. I, CCXIII, cuius iam ab Iw. Muellero Ὅτι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν κτἑ. (Erl. 1880) p. 4 mentio facta est. Versio ex arabico exemplari facta est 'a magistro Ermengando Blazii apud montem Pessulanum XIX. l2l' septembris anno δıñ◊lọ‖cc'; et sententiarum nexum magis indicat quam verba Galeni. Nihilominus tamen nonnullis locis vestigium verae ac genuinae lectionis ex ea cognosci potest.

Quod ad librum de parva pila attinet, in eius textu castigando praeter Laurentianum duos codices adhibui, alterum Marcianum 276, alterum Parisinum, de quibus in editionis meae praefatione p. 1 affatim dictum est. Marcianus, saeculi, ut videtur, quinti decimi, chartaceus est et forma quadrata. Contulit eum in meum usum diligentissime D. Riccoboni, Regii Lycei Marco Polo Professor; Parisinum, qui in Bibliotheca Nationali inter Supplementa graeca numero 35 signatus asservatur, primus invenit contulitque Alfredus Schoene. Quorum Marcianus, ex quo ceteri duo Marciani[1]) ab Helmreichio examinati manaverunt, dete-

1) De his Riccoboni haec ad me per literas scripsit: „Eine Collation mit den Codd. 282 et 284 halte ich für ganz über-

rioris notae esse videtur; alter vero optimae, quippe qui tam proxime ad Laurentianum accedat, ut apographum illius eum esse affirmaverim.

Restat igitur, cum ne ex ceteris quidem libris manuscriptis quidquam novi proficiatur, solus codex Laurentianus, de quo nunc pauca adicienda sunt.

Est membranaceus in folio minore scriptus saeculo, ut Bandinio (III, p. 50) videbatur, duodecimo, ut putant Diels[1]) et Wachsmuth[2]), decimi tertii initio. Constat ex foliis 192, quae libros unum et viginti complectuntur, quorum series haec est:

1.	fol.	1 sq.	*Πρὸς Λύκον περὶ τοῦ ἀφορισμοῦ.*
2.	„	12 „	*Πρὸς τὰ ἀντειρημένα τοῖς Ἱπποκράτους ἀφορισμοῖς ὑπ' Ἰουλιανοῦ.*
3.	„	22 „	*Τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις.*
4.	„	38 „	*Θρασύβουλος ἢ περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως.*
5.	„	60 „	*Περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως.*
6.	„	64 „	*Πρὸς Πατρόφιλον περὶ συστάσεως ἰατρικῆς.*
7.	„	80 „	*Περὶ κυουμένων διαπλάσεως.*
8.	„	91 „	*Εἰ κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις αἷμα περιέχεται.*
9.	„	98 „	*Περὶ ὀσφρήσεως ὀργάνου.*
10.	„	104 „	*Περὶ ἑπταμήνων βρεφῶν.*
11.	„	105 „	*Εἰ ζῷον τὸ κατὰ γαστρός.*
12.	„	110 „	*Θρασύβουλος πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστι τὸ ὑγιεινόν.*
13.	„	129 „	*Ὅτι ὁ ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος.*
14.	„	132 „	*Περὶ ἀρίστης διδασκαλίας.*

flüssig, da die beiden letzteren nur Abschriften von Cod. 276 zu sein scheinen." — 1) De Galeni historia philosopha p. 5. — 2) Götting. gel. Anz. 1871, 18 p. 700.

15. fol. 134 sq. Περὶ τοῦ διὰ τῆς μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου.
16. „ 136 „ Ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι.
17. „ 141 „ Περὶ τῆς Ἱπποκράτους διαίτης ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων.
18. „ 149 „ Περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ψυχῇ ἑκάστου ἁμαρτημάτων; qui liber in codice in tres diversos libros dividitur.
19. „ 159 „ Περὶ διαγνώσεως — ἰδίων παθῶν.
20. „ 171 „ Περὶ φιλοσοφίας ἱστορίας.
21. „ 188 „ Περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτη κώματος.

Codicem propter innumerabilia compendia quibus terminationes verborum totaeque voces non scriptae sed indicatae esse solent, difficillimum esse lectu omnes testantur, qui eum oculis perlustraverunt. Quae res cum saepe maximi momenti sit, si genuinam scripturam elicere volumus, non abs re erit ipsa verba A. Wilmannsii et H. Hinckii exscribere, quorum alter librum περὶ ἁμαρτημάτων, alter librum περὶ παθῶν cum codice contulit.

Ac primum quidem Wilmannsius haec de natura codicis mecum communicavit: „Die Abkürzungen dieser tachygraphisch und sehr abbreviiert geschriebenen Handschrift sind so zahlreich und stark, dass die grosse Mehrzahl der Declinations- und Conjugationsendungen nicht vorhanden sind, und es deshalb auch bei grosser Aufmerksamkeit leicht möglich ist, eine andere Lesung derselben Zeichen, die bei verschiedener Verbindung der Wörter eintreten kann, zu übersehen."

Quocum prorsus consentit H. Hinckius, haec dicens: „Sehr häufig sind die Endungen ausgelassen. Auch in Verwendung der gebräuchlichsten Siglen ist der Schreiber nicht consequent. So bezeichnet er durch übergeschriebenes ο, welches sonst nur ος bedeutet, bald ος bald ου. Die prima manus hat oft sich selbst corrigiert. Im Anfang der Schrift (π. παθῶν) findet

sich eine manus secunda, welche Abbreviaturen und fehlende Endungen ausgeschrieben, Worte ergänzt, den Text geändert und mehrere ῥ (= γράφεται) beigefügt hat. Kein Iota subscriptum noch adscriptum."

Quamquam propter quasdam scripturas, quas cum Aldina communes habet, negari non poterit utrumque ex uno eodemque archetypo fluxisse, tamen Laurentianus tam saepe cum verborum collocatione tum novis ac diversis scripturis ab editione principe discedit, ut facere non possimus, quin Laurentianum ad prorsus aliam familiam pertinere statuamus atque codicem Aldi.

Gravissimum huius nostri iudicii argumentum duo loci praestant, qui cum ab Aldina absint, in uno Laurentiano recte servati sunt. Exhibet enim codex noster V, 47, 8 K. verba in Aldina omissa haec: 'οἷς χρώμεθα περιττόν τε καὶ ἄχρηστον'; et in fine libri π. ἁμαρτημάτων V, 103, totum versum 'μᾶλλον ἐγνωκέναι τὴν ἀλήθειαν ἢ ἄλλον', quibus insertis lacunosa quae erat in editionibus sententia optime resarcitur.

Quibus argumentis si nondum tibi persuasum est, alterum non minus splendidum atque certissimum testimonium propono, quod habes in libro περὶ ἁμαρτημάτων inscripto p. 85 K. in loco illo de horologiis ab I. Marquardt et H. Sauppe edito. Summa enim huius loci obscuritas inde orta est, quod complures versus, quos scriba archetypi primum omiserat tum vero in margine addiderat, a scriptore Aldini codicis in falsum locum inserti sunt. Cognoscitur hoc e Laurentiano, qui eosdem versus iusto veroque loco collocatos habet.

Quibus perspectis ipse tu videas, probandumne sit an improbandum, quod initio praefationis contendimus, omnem emendationem librorum, de quibus quaeritur, in solo Laurentiano positam esse ex eiusque scripturis maximam partem pendere. Cum tamen ne hae quidem semper genuinae sint, sed saepius vestigia

tantum verae lectionis indicent, haud raro coniectura opus est et arte quadam divinandi, id quod Bernh. Donatus Veronensis in praefatione versionis suae libri περὶ παθῶν disertis verbis testatur p. 2: 'Nam et codices Graecos usque adeo laceros depravatosque ostendi, ut coniectorem atque hariolum potius quam interpretem postularent.'

Qua in re ne alienis pennis me ornare videar neque mea vindicare, quae ab aliis aut inventa aut excogitata sunt, libenter neque ingrato animo confiteor, haud paucas emendationes aliorum sagacitati ac prudentiae me debere, quorum in numero principem locum Fridericus Berger Professor olim Gothanus obtinet, praeceptor meus primum maxime venerandus, tum vero etiam collega et munere et amicitia praeter alios artissime mecum coniunctus.

Alia mutavi patre optimo et H. Sauppio monentibus, qui de studiis meis Galenianis insigniter meriti sunt. Alia nonnulla ab aliis viris rei peritissimis hic illic conscripta inveni, de quibus in proximo capite, ut par est, paucis enarrandum est.

CAPUT ALTERUM.

Ac primum quidem, postquam ipse ante hos tredecim annos Observationes criticas in librum περὶ παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων in publicum emisi, istas meas primitias benevolentissime recensuit anonymus quidam in 'Zarncke Ctrlbl.' Nr. 51, 1870, p. 1368 sq. Tum vero Fr. Hultschius in 'Annal. Fleckeisenianis' Vol. 101, p. 744 et Vol. 103, p. 35 complures locos, qui in editione mea parum recte tractati erant, aut in melius emendavit aut rectius interpretatus est. Totam denique seriem emendationum in Galeni librum περὶ παθῶν nuperrime promulgavit C. G. Cobet in 'Mnemosyne' VIII, p. 233—245; quarum quamquam maxima ex parte cum eis, quas ipse decem annis ante illum in disser-

tatione mea protuleram, congruunt, multas non invitus adoptavi inque novam hanc editionem recepi.

Ad recognitionem libri alterius *περὶ ἁμαρτημάτων* praesto erant praeter tres certissimas emendationes Cobeti, editiones duae loci illius qui est de horologiis veterum ab I. Marquardt[1]) et H. Sauppio[2]) institutae, quorum virorum opera ac medella factum est, ut hic locus omnium longe corruptissimus ac vere desperatus nunc ab omni fere parte sanatus et vitiis quibus scatebat innumeris purgatus ac liberatus haberi possit.

Itaque et nos, ubicunque fieri potuit, hanc Sauppii recensionem secuti sumus. Si tamen nihilominus hic illic ab illa discessimus, scito non temere nos id fecisse sed gravissimis coactos argumentis, quae breviter enarrabimus.

1. In ipso exordio (K. p. 82), ubi de ratione methodoque agitur, qua quis horologium recte atque accurate describat, Galenus tria argumenta affert, quibus comprobari ait problema, de quo quaeritur, rectissime solutum et perfectum esse. Quorum primum est, si lineae unius horologii ita incisae sunt, ut primus solis radius primam, ultimus ultimam tangat. Alterum hoc est, si omnia horologia, in eundem nimirum modum descripta, inter se plane congruunt; tertium, si aqua, cui vasculum impositum est, aequaliter ac congruenter in illud influit.

Haec est Galeni satis clara ac perspicua sententia. Bene igitur se habent verba *ὅταν γὰρ ᾖτε πρώτη* (Saup.) *γραμμὴ τὴν πρώτην ἀκτῖνα δέχηται τοῦ ἡλίου, κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὴν τελευταίαν ἡ ὑστάτη*. Minime tamen ferri possunt verba quae secuntur *καὶ τοῦτ' ἐπὶ πάντων φαίνηται τῶν καταγεγραμμένων ὡρολογίων τῶν ἡλιακῶν*. Nam haec si genuina essent, argumenta, quae Galenus, ut vidimus, diligentissime distinxit, pes-

1) Galeni locus qui est de horologiis veterum emendatus et explicatus. Goth. 1865. 4. p. 8 sq. — 2) Philolog. XXIII, 3 p. 448—454.

sime inter se commiscerentur et perturbarentur. Neque enim in prima argumentatione, ubi de uno tantum instrumento eiusque solius lineis sermo est, simul etiam ceterorum omnium horologiorum mentio fieri potest. Si igitur loco suo tenenda esse censeres, haec verba, ut in sententiam quadrarent, sic corrigenda essent: *καὶ τοῦτ' ἐπὶ πασῶν φαίνηται τῶν γραμμῶν τοῦ ἡλιακοῦ ὡρολογίου* — quippe cum de *lineis unius* tantum horologii quaestio sit. Quae mutatio cum nimis audax sit et parum verisimilis, praestat totum locum — id quod saepissime in hoc commentario factum esse postea demonstrabimus — pro glossemate habere, quod librarius quidam verbis alterius argumenti *ὅταν ἀλλήλοις τὰ καταγραφέντα πάντα συμφωνῇ* in margine adiecit, unde in hunc locum postea illatum est. Firmatur haec mea coniectura eo potissimum, quod mirabilis illa collocatio verborum *ὡρολογίων* [*τῶν*] — articulus abest a Laurentiano — *ἡλιακῶν* a Galeno aliena est, qui tribus locis scripsit p. 82 extr. *τὸ ἡλιακὸν ὡρολόγιον*; p. 86, 6 et 87, 5 *ἐπὶ τῶν ἡλιακῶν ὡρολογίων*.

2. Sequentia verba, quae ap. K. leguntur *γνώρισμα ἕξομεν ἐναργὲς τοῦτο προβληθέν. εὑρῆσαι δὲ πάλιν δεύτερον ἄλλο* Sauppius sagacissime correxit scribens *τοῦ τὸ προβληθὲν εὑρῆσθαι· ἔσται δὲ π. δ. ἄλλο*. At Laurentianus, id quod Sauppius scire non potuit, praestat *εὑρῆσαι δὲ πάλιν δεύτερον δ' ἄλλο*, unde omissis altera particula *δὲ* et voce *δεύτερον* scribendum videtur *τοῦ τὸ προβληθὲν εὑρῆσθαι· πάλιν δ' ἄλλο κτέ.*

3. Paullo infra nescio quo casu apud Sauppium totum enuntiatum *καὶ γὰρ τοῦθ' ὁ λόγος εὑρίσκει κριτήριον — ἀληθείας*, quod in codice et editionibus legitur, omissum est.

4. P. 83, 1 K. scripsi pro *ἐπὶ τὸ αὐτὸ μέρος* crasi adhibita *ἐπὶ ταὐτὸ*, sicut Sauppius ipse p. 82, 3 *κατὰ ταὐτὰ* dedit pro *τὰ αὐτὰ* et eadem pagina l. 15 *ἐπὶ*

ταὐτὸν ὕδωρ. Item paullo infra, l. 7 scripsimus *ἐπὶ ταὐτὸ μέρος*.

5. P. 83, 10 *ὅταν δὲ καὶ ταύτης εὕρῃς — ἀφιγμένον τὸ ὕδωρ*] In his Saup. genetivum *ταύτης* haud male correxit in dativum *ταύτῃ*. Sed quoniam antecedunt *κατὰ τὴν πέμπτην* et secuntur *κατὰ τὴν ἕκτην τε καὶ κατὰ τὰς ἐφεξῆς*, hoc quoque loco malim scribere *κατὰ ταύτην*, quae praepositio post *καὶ* facillime excidere potuit.

6. Ibidem v. 12 ap. K. leguntur *εἰ παντελῶς γνώσῃ πεισθήσῃ*; Laurent. praebet: *εἰ μὴ παντελῶς*, unde Saup. *ὅμοια παντελῶς γνῷς*. Parum recte. Nam si ad morem Galeni notissimum respicias, ex quo in homines insipientes invehi solet, hoc quoque loco eum scripsisse verisimile est: *εἰ μὴ παντελῶς ἄνους εἶ, πεισθήσῃ*. cf. I, p. 18, 2 *ἐξ ἁπάντων τῶν εἰρημένων τοῖς γε μὴ παντάπασιν ἀνοήτοις ἐναργῶς φαίνεται*; I, 92, 5 *τάχ' ἂν γνοίητε, εἰ σωφρονήσετε*; V, 188, 1 *ὅτι δ' ἤτοι παντάπασιν αὐτοὶ τυφλώττοντες ἢ τυφλοῖς διαλεγόμενοι — ἔγραψαν*; V, 192, 15 *ὥστ' εἰ καὶ τυφλὸς εἴη τις, οὐκ ἂν λάθοιεν*. V, 66 *οἱ παντάπασιν ἀμαθεῖς* et nostro loco p. 86, 13 *ὦ οὗτος — ἀμαθὴς ὅστις ὤν*.

7. Pag. 84, 9 offendo in verbi *καταγράφομαι* genere medio pro activo usurpato. Cf. si vis p. 81, 15 *διὰ τῶν ὀργάνων αὐτὸ δεῖ καταγράψαι ζητῆσαι*; p. 88, 9 *ὁ κακῶς καταγράψας ὡρολόγιον*. Laur. terminationem verbi, ut solet, non plenam servavit sed litera *μ* superscripta significatam. Itaque mutatione, quae fere nulla est, facta dedimus *καταγράψομέν σοι* = 80, 14 *καθ' ὃν ἐμάθομεν τρόπον*; 81, 1 *γνόντων ἡμῶν*; 81, 12 *ἐργασώμεθα*; 82, 5 *γνώρισμα ἕξομεν*, saepius.

8. Paullo difficilius iudicatu est de verbis subsequentibus (l. 10) *εἴτ' εἰς δώδεκα τὴν — ἡμέραν διαιρεῖν ἐθελήσεις εἴτ' εἰς ἄλλον τινὰ τὸν ἐφεξῆς ἀριθμόν*. Quaeritur de dividendis singulis diebus in quemlibet numerum horarum.

Dies dividitur, ut antea dixit Galenus, aut in

duodecim horas vel partes aut in quattuor et viginti. Quinam igitur numerus ille sit, qui verbis *εἴτ' ἄλλον τινὰ τὸν ἐφεξῆς ἀριθμὸν* significatur, non liquet. Sauppius correxit *εἴτ' ἄλλον τινὰ τῶν ἐφεξῆς ἀριθμῶν.* At quinam sunt insequentes numeri? Nam inter duodecimum et vicesimum quartum nullum video, qui ad rem pertineat. Ceterum *δώδεκα* omnino a Laurentiano abest, unde colligendum aut *δώδεκα* illud ineptum esse aut si defendendum esse putes, verba *τῶν ἐφεξῆς* tamquam glossema, id quod nos fecimus, delenda esse, ita ut sententia efficiatur: '*εἴτε εἰς δώδεκα — εἴτε εἰς ἄλλον τινὰ ἀριθμόν*' velut *δύο* vel *τέτταρες* vel *ἕξ*.

9. Proximo versu habet Kuehnius vulgatam *ὃ προὔβαλες*, quam Marq. Saupp. mutaverunt in *προὔβαλον*. Sed rectius secundam personam retinebimus, propter ea quae antecedunt *κελεύεις* et *ἐθελήσεις*, quocum optime congruit Laurentiani scriptura *προύβαλ`* i. e. *προύβάλον*.

10. Tum in omnibus editionibus legitur *κἀκ τοῦ πάντοτε ἀλλήλοις ὁμολογεῖν*. Sed parum recte. Neque enim quaeritur, num ubique vel omnibus locis horologia inter se paria atque aequalia sint, sed id agitur, num horologia ad unum omnia inter se consentiant, ut est in verbis p. 82 supra exscriptis *ὅταν ἀλλήλοις τὰ καταγραφέντα πάντα συμφωνῇ*. Scribendum igitur est pro *πάντοτε*: *πάντα*, quocum codicis scriptura quam proxime conspirat, quae est *παν^τ'* non *παν'^{τε}*.

11. Paucis post habes verba *πρός τε τοῦ τὰς τελευταίας — γραμμὰς ὁρίζειν τὰ πέρατα τῆς ἡμέρας*. Rectissime Sauppius ante articulum *τοῦ* praepositionem *ἐκ* inseruit, ut paullo ante erat *κἀκ τοῦ — ὁμολογεῖν*. Sed habeo, cur *πρός τε* illud Galenianum esse negem. Nusquam enim apud Nostrum legi *πρός τε*, saepius *ἔτι τε*, saepissime *πρός τε τούτοις*. Dativus *τούτοις* ante *τοῦ τὰς* facillime perire poterat. Scripsimus igitur *πρός τε τούτοις ἐκ τοῦ — ὁρίζειν*.

12. At haec leviora sunt. Venio ad locum sane


difficillimum atque impeditissimum pag. 85, ubi de clepsydra describenda agitur, cui non nisi ope Laurentiani, qui verba compluria in editionibus falso loco inserta unus vero iustoque loco servata exhibet, medela afferri potest. •Verba a Sauppio emendata haec sunt: *ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστιν, ἣ τὰς ἰσημερινὰς μετρεῖ ἡμέρας. τὸ δὲ μεταξὺ τῶν τμημάτων ἐπὶ τοῦ χείλους τοῦ τῆς κλεψύδρας δηλοῖ σοι τὰς ἰσημερινὰς* [*τέτταρας* K] *ἡμέρας*. Summam in his offensionem praebent verba *ἣ τὰς ἰσημερινὰς μετρεῖ* (scil. *ἡ κλεψύδρα*) *ἡμέρας*. Nam quomodo illud *ἣ* explicandum sit non video. Neque enim referendum est ad vocem *γραμμήν*, sed quia *μέρη* vel incisiones huic lineae inscriptae divisionem dierum efficiunt, ad haec ipsa *μέρη*. Sed ut clarius dicam, rem totam exponam.

Clepsydram vocat Galenus vasculum quoddam vitreum in ima parte perforatum, quod aquae purae impositum est. Aqua per foramen in vasculum influit ibique paullatim ascendit. Margini huius vasculi incisae sunt quattuor lineae ad perpendiculum directae, quarum longissima vel altissima (in figura nostra litera *A* significata) longissimum anni diem indicat, brevissimum minima (*C*). Inter has lineas duae inter se aequales lineae descriptae sunt, quas litera *B* nominavimus, quae aequinoctia et vernile et autumnale significant. Omnes hae quattuor lineae (*ABCB*) in duodenas partes divisae putandae sunt, quae mensuram horarum efficiunt. Per has duodenas incisiones transversae lineae ducuntur, quibus mensurae interiacentium dierum indicantur, et ita quidem, ut summa vel duodecima linea duodecimam omnium per totum annum dierum horam notet, infima vel prima primam. Caesuram vero, quam summa linea in ea, quam litera *A* notavimus, efficit, nomino '*a*' alteram in linea *B* : '*c*' tertiam in brevissima linea *C*: '*b*'.

Iam videbis, opinor, quam vere Galenus dixerit, summam lineam *bcacb* ibi (i. e. *καθ'* ὃ *μέρος*) sum-

mam habere altitudinem, ubi clepsydra longissimum diem indicaret (id est in caesura '*a*'); minimam, ubi brevissimum (in puncto '*b*').

Si igitur Galenus pergit '*ἐν τῷ μέσῳ δὲ ἀμφοῖν*', patet hoc *ἀμφοῖν* non nisi ad *μέρη* '*a*' et '*b*' referri posse, inter quae ab utraque parte singulae incisiones iacent, quas litera '*c*' notavimus. Haec *μέρη* ea sunt, quibus clepsydra dies aequinoctiales emetiri dicitur.



Quid igitur illud ἢ? Si recta sunt, quae disputavi, aut pro ἢ scribendum est: οἷς aut quod mihi videtur: *ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστι τὰ τὰς ἰσημερινὰς μετροῦνθ' ἡμέρας*, quae mutatio eo probabilior est, quo propius ad scripturam Laurentiani accedit, quae est '*ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστὶν ἢ τὰς ἰσημερινὰς μέτρουσ'*'. Accedit quod, si Sauppium sequi malles *μετρεῖ ἡμέρας* scribentem, hiatus efficeretur, quem,

ut postea demonstrabimus, Galenus quam diligentissime evitare studuit.

13. Quattuor caesuris illis (*acbc*) quattuor dies constituuntur, quos vocant solstitium aestivum (*a*) aequinoctium autumnale (*c*) solstitium brumale (*b*) aequinoctium vernile (*c*). Quae si reputaveris, ipse cognosces, verba quae secuntur τὸ δὲ μεταξὺ τῶν τμημάτων ἐπὶ τοῦ χ. τ. κλ. δηλοῖ σοι τὰς εἰρημένας [τέτταρας] — τέτταρας, quod est in *L* et editionibus, apud Sauppium deest — ἡμέρας locum omnino habere non posse, quippe quibus idem rursus repeteretur, quod modo demonstratum erat. Sed ipsa per se inepta sunt atque absurda. Neque enim spatium inter τμήματα illa interiacens quattuor illos dies significat, sed τμήματα ipsa. Haud dubie et haec verba, id quod saepius in hoc commentario deprehendimus saepiusque deprehendemus, glossatori tribuenda sunt, qui, ut nexum sententiarum significaret, contextus verba paullo immutata in margine adscripsit. Expunctis his haud male Galenus pergere poterat ἀφ' ὧν τμημάτων ὁρμηθεὶς ἐφεξῆς τῷ σημαίνοντι τὴν μεγίστην εὑρήσεις δηλοῦσθαι, ἄχρι τίνος μέρους — τὸ ὕδωρ ἀναβήσεται τῆς δωδεκάτης ὥρας συμπληρουμένης, in quibus id tantum monendum est, quod Sauppius infinitivum δηλοῦσθαι restituit pro vulgari participio. — cf. paullo post εὑρήσεις μετροῦσαν — Laurent.: δηλοῦν (δηλονότι K), unde nos δηλούμενον dedimus.

14. Si tamen diligentius ad hunc locum animum adverteris, cognosces, his verbis, quibus de emetienda *hora* decima agitur, duo inter se artissime cohaerentia enuntiata seiungi ac discerni, in quibus de diebus inveniendis, non de horis sermo est. Secuntur enim, si Sauppii recensionem textus sequimur, verba τὸ δὲ μετ' ἐκεῖνο καὶ πάλιν τρίτον τὰς — ἡμέρας σοι δηλώσει et ἐπεξιὼν δὲ πάσας τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς ἡμέρας εὑρήσεις μετροῦσαν τὴν μίαν ἐκείνην — γραμμήν, post quae iterum de *hora* undecima invenienda verba fiunt

ceterisque aliis usque ad primam. Considerantes igitur, quam perturbata atque inter se permixta omnia in hoc loco sint, non contra leges criticas agere nobis videmur, si totum locum *ἀφ' ὧν τμημάτων — συμπληρουμένης* transponendum esse iudicamus. Coniunguntur hoc modo artiore vinculo, quae sententiarum nexu inter se coniuncta sunt quaeque malo casu vel incuria librariorum pessime discerpta erant.

15. Quo facto restat, ut paucis argumenta proferam, quibus adductus in verbis supra citatis *τὸ δὲ μετ' ἐκεῖνο καὶ πάλιν τρίτον κτέ.* a Sauppii egregia coniectura discesserim.

Introducit vir clarissimus in eis emendandis praeter exspectationem quattuor *τροπάς* in textum, quarum in editionibus ne vestigia quidem latent, et gravissimis exemplis evincere ac demonstrare studet scriptores quosdam ad significandos non modo solstitiales sed etiam aequinoctiales dies hac voce usos esse. Audio. At vereor, ut haec, quae de aliis scriptoribus docuit, in Galenum cadant, quippe cui, id quod ex loco VI, p. 405 luce clarius elucet, non nisi duae *τροπαί, θεριναί* et *χειμεριναί*, notae fuerint. Itaque nos aliam viam invenire conati sumus, qua loco vere desperato facilius et, ut speramus, certius succurratur. Apud Kuehnium verba, de quibus quaeritur, sic leguntur: *τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα πάλιν τρίτα ἀπὸ τῆς δωδεκάτης τροπῆς* [in codice secuntur:[1]) *ἡμέραν σοι δηλώσει· τὸ δ' ἐφεξῆς τὴν τετάρτην. ἐπεξιὼν τὴν κατὰ τὴν αὐτὴν τροπὴν* (*L*: *τροπ'* i. e. *τρόπον*) *πάσας τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς ἡμέρας*] *εὑρήσεις μετροῦσαν τὴν μίαν ἐκείνην — γραμμήν* (*A*).

Sauppius correxit *τὸ δὲ μετ' ἐκεῖνο* [*καὶ*] *πάλιν τρίτον* [*τὰς ἐπὶ τῆς δευτέρας καὶ τρίτης*] *τροπῆς ἡμέρας σοι δηλώσει, τὸ δ' ἐφεξῆς* [*τὰς κατὰ*] *τὴν*

1) Ap. K. haec verba paullo supra v. 5—7 exstant: *σοι δηλώσει· τὸ δ' ἐφεξῆς τὴν τετάρτην ἐπεξιὼν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον πάσας τὰς ἐνιαυτοῦ μετρήσεις.*

τετάρτην [*τροπήν*]. *ἐπεξιὼν δὲ πάσας τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς ἡμ. εὑρήσεις μετροῦσαν κτέ.*

In his pluralis numerus (*τὰ ἐκεῖνα — τρίτα*) in singularem mutatus est; quamquam pluralis rectissime se habet, quia hoc ipso numero omnia quattuor *τμήματα* notantur. Ceterum haec verba *τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα καὶ — τρίτα* non pertinent ad *τμήματα* ipsa, sed, ni fallor, ad eas incisiones, quae inter quaternas lineas directas in medio iacent quasque nos (in fig.) numeris 1 2 3 4 notavimus. Indicat enim ea, quae longissimae lineae *A* (ab utraque parte) proxima est, primum diem, qui longissimum sequitur, altera secundum, tertia tertium. Hanc sententiam facillimo negotio efficies, si praepositione *ἀπὸ* (cum *L* et Sauppio) mutata in *ἐπὶ* et '*τροπῆς*' correcto in *γραμμῆς* — nam de linea quaestio est, non de '*τροπῇ*' — scripseris: *τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα καὶ πάλιν τρίτα τἀπὶ τῆς δωδεκάτης γραμμῆς* [*τὴν δευτέραν καὶ τρίτην*] *ἡμέραν* (*L*) *σοι δηλώσει*, quibus mirum quantum sequentia sese applicant: *τὸ δ' ἐφεξῆς* — nempe quartum post longissimum *τμῆμα* — *τὴν τετάρτην* (scil. *ἡμέραν*). *ἐπεξιών τε κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον πάσας τὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέρας εὑρήσεις μετροῦσαν τὴν μίαν ἐκείνην ἐν τῇ κλεψύδρᾳ γραμμήν, ἣν ὑψηλοτάτην ἔφην εἶναι·* Habes sententiam, qua clarior vix ulla excogitari potest.

Sunt haec, quibus mea editio a Sauppii recensione discedit, atque confido totum locum his meis mutationibus ita me restituisse, ut sententiarum nexus clarior evadat et sine labore intellegi queat.

Et haec de libro *περὶ παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων* sufficiant.

Transeundum est ad alterum libellum, qui est De optimo genere dicendi.

Primus qui huic commentariolo emendando operam navavit, multaque in eo vere in melius correxit, est Lud. Kayserus, professor Heidelbergensis, qui hunc

libellum libro suo — Flavii Philostrati Vitae sophistarum. Rec. Lud. Kayserus. Accedit libellus Galeni *περὶ ἀρίστης διδασκαλίας* ex cod. Florentino emendatus Heidelb. 1838 — adiecit.

Codex Flor. noster Laurentianus est, cuius ope compluria menda feliciter sublata sunt. Sed permulta reliquit editor, quibus medicina adhibenda erat. Post eum Iulius Caesar in Indice lectionum Marburgensi 1871 nonnullas coniecturas in hunc libellum protulit, quas Hermannus Sauppius in censura huius programmatis (Ind. philol. III, 8, 402) examinavit suisque quam plurimum auxit. Nonnullas praeterea emendationes, ut Iw. Mueller mecum communicavit, promulgavit Marres in libro suo De Favorino conscripto (Trai. ad Rh. 1853) quem ipse, quod summo opere doleo, inspicere non poteram.

Pauculas coniecturas dedit Volckmann Observationes miscellaneae (Iauer 1872) p. 6 sub VII. Denique ipse, quae de mala et desperata condicione huius libelli Galeniani sentirem, protuli in Annal. Fleckeis. 107 p. 389 sq., quibus tamquam specimen futurae editionis totum contextum ab interpolationibus pluribus, quibus turbatus mihi videbatur, purgatum addidi, qua in re nova atque accurata collatione Cod. Laurentiani ab H. Kruse instituta quam maxime adiutus sum. Recensuit hanc meam editionem benevolentissime Eberhard in Annal. Bursian. 1875 p. 1309.

Quod denique ad quartum libellum attinet, qui *περὶ τοῦ διὰ τῆς σμικρᾶς σφαίρας γυμνασίου* inscribitur, brevissime monendum est, hunc librum recentissima aetate bis editum esse, primum a G. Helmreich in programmate Gymnasii apud St. Annam Augsburgensis 1878, qui codices adhibuit Laurentianum nostrum 74, 3; quattuor Marcianos 276. 282. 284 et append. class. V, 4; latinum Vaticanum 1098; tum a me ipso in programmate Scholae nostrae Cathredalis sub titulo *Γαληνοῦ περὶ τοῦ δ. τ. μ. σφ. γυμνασίου.*

Ad fidem Laur. et Marciani (276) emendavit Io. Marquardt. Accedit de sphaeromachiis veterum disputatio. Gustrov. 1879. Recensionem huius libelli invenies in Ind. phil. X, p. 24 sq., a manu Helmreichii conscriptam. Nova editio, quam hoc volumine paravimus, paucissimis tantum locis a priore discrepat, quippe cum novi quidquam vix invenerim.

In eis quae praecedunt, de quattuor illis libris verba fecimus, quorum emendatio maximam partem ex codice Laurentiano pendet. Quibus si quintum Protrepticum adiecimus, cuius nullus[1]) adhuc investigari potuit liber manuscriptus, monitum te voluerim, non sine quadam religione ad hanc rem difficillimam ac subtilissimam pertractandam me aggressum esse. At liber tam suavis est et lectu perdignus, ut non invitus Iw. Muellero bene monenti morem gesserim, praesertim cum ipse nonnulla haberem, quibus me ad emendandum commentarium aliquid allaturum esse sperare liceret. Editiones in hac re praeter veteres illas quattuor maiores duae mihi praesto erant Koehleri et Willeti. Tertiam, cuius in Historia literaria K. I. p. CCXLIV mentio fit 'Exhortatio ad disc. bon. artes stud. Io. Posselii Rostoch. 1591', hodie

1) Neque enim Pertschius Gothanus, quamvis summa opera inquirens, ullum investigare potuit, neque Iw. Mueller, qui binis ad me missis literis, haec mecum communicavit. Primum Nov. 1874: 'Ich liess in England durch Dr. Greenhill nachforschen; in Paris habe ich selbst geforscht; in Italien suchten die Herren Dr. Dütschke und Dr. Karrer; letzterer in Turin, Mailand, Modena, Cesena, Ravenna, Rom, Neapel, Monte Cassino nach dem griechischen Text, wie nach älteren Uebersetzungen, aber ohne Erfolg.' Et postea Iun. 1876: 'Meine Nachforschungen nach Handschr. zum Protr. in verschiedenen Bibliotheken Europas waren bisher vergeblich; die Hoffnung in einem der vielen Klöster des Berges Athos eine Galenhandschrift ausfindig zu machen ist verschwunden, seitdem zwei Griechen, die hier (Erlangen) meine Schüler waren, Dr. Pappadakis und Dr. Konstantinides nacheinander die Klöster besucht und nichts gefunden haben.'

neque Rostochii neque Suerini exstare maximo cum dolore expertum habeo.

Koehleri exemplar hunc titulum fert:

Γαληνοῦ προτρεπτικὸς ἐπὶ τέχνας. Primum graece separatim edidit, editiones principes inter se contulit, locos quam plurimos emendavit explicavit illustravit, Iani Cornarii — correctiones adiecit Io. Georg. Guilh. Koehler. Lips. 1778.

In recensendo verborum contextu, quem ut ipse ait in Dedicatione p. 1 scholarum potissimum usui praeparavit, ita versatus est editor, ut Charterium prae ceteris sequeretur, coniecturas vero, licet veritati simillimae viderentur, quam rarissime reciperet. Propter adnotationes, quas editioni suae Koehlerus adspersit, a Wyttenbachio (Bibl. Crit. II, p. 98) perstringitur, quippe qui magnifice in titulo locutus in notis pleraque falsa et absurda scripsisset. Vide Willet praef. X.

Altera editio prodiit Lugd. Batav. 1812 sub hoc titulo *Γαληνοῦ προτρεπτικὸς ἐπὶ τὰς τέχνας.* Cum sua annotatione et versione D. Erasmi edidit Abrah. Willet. Quae quamquam ob emendationes quasdam egregias Iamotii et Wyttenbachii, quas aut in ipsum textum recepit aut sub calce addidit editor, paullo plus laudis quam Koehleri merere videtur, tamen permulta in ea intacta manserunt, quae emendari facile et poterant et debebant. Quanti aestimanda sit, intelleges cum ex adnotatione nostra critica, in qua Willeti rarissime tantum mentio fit, tum ex subtilissima censura, quam in Museo Critico or Cambridge Classical Researches II 318 sq. invenies, cuique et ipse pauculas emendationes debeo. Maiorem usum praebuerunt coniecturae M. Hauptii in Herme IV, 27 et Cobeti in Mnemosyne IV, 2, p. 134; IV, 3, p. 352; X, 2, p. 179, quas suo quamque loco in adnotatione nostra commemoravimus.

Equidem num quid ad emendandum librum profecerim, ipsa textus recensio demonstrabit.

CAPUT TERTIUM.

Quoniam in priore capite exposuimus, quibus subsidiis criticis instructi ad rem tractandam accesserimus, nunc pauca dicenda sunt de ratione ac via, qua ipsi in emendandis libris Galeni usi sumus. Fundamentum recensionis nostrae positum est, ut supra diximus, in Laurentiano codice 74, 3, cuius scripturas vel earum vestigia, ubicumque fieri potuit, secuti sumus. Adnotationem criticam, ne longius quam licebat extenderemus, ita instituimus, ut Kuehnianam editionem pro fundamento haberemus, quam qui nostram recensionem examinare volet comparare et adhibere debebit. Itaque vulgatam rarissime et non nisi ubi opus videbatur notavi; varias lectiones Laurentiani doctorumque hominum coniecturas, si tanti videbantur, semper addidi. Verba, quae Galeno abiudicanda esse censui, uncis inclusi, et minoribus typis exprimenda curavi, quo clarius oculis occurrerent. Quod ad orthographiam attinet, monendum est, in hac quoque re prae ceteris ad auctoritatem codicis me respexisse. Et hac quidem ex causa ubique scripsimus *γιγνώσκειν* et *γίγνεσθαι* pro *γινώσκειν* et *γίνεσθαι*, quae Muellerus maluisse videtur. Sed longe plurimis locis Laurentianus antiquiorem scripturam praebet. Sic etiam semper *ττ* scripsimus, ubi vulgata *σσ* praestat. Vocem *ζῷον* Muellero monente ubique iota subscripto addito dedi, quamquam in Laurentiano nullum iota subscr. invenitur. Formas optativi aor. I. act. in *αις* et *αι* exeuntes ubique Laurentiani vestigia sequens mutavi in *ειας* et *ειεν*, hoc imprimis ante vocalem, ne hiatus efficiatur. Omnino diligentissime id observavi, ne quid in textum inducerem, quod Galeni usui dicendi repugnaret, neve in eo relinquerem, quae a sermone Galenico abhorrerent. Habet enim Noster, quamquam in universum veteres Atticos imitari solet, quae ab Atticorum more dicendi longe recedant. Quorum in numerum

refero, quod negationes μή et οὐ, μηδείς et οὐδείς similia mirum in modum confunduntur; impersonalia χρή et δεῖ tam saepe omissa videbis, ut dubitari possit, utrum culpa et neglegentia librarii id factum sit an consilio ipsius editoris. Futurum tempus cum ἄν particula coniunctum, ut demonstrabimus, apud Nostrum nil insoliti habet.

Sed haec hactenus. Nam res est perdifficilis et hodie nondum ea, de qua bene disceptetur. Nonnulla, de quibus certius iudicari potest, postea suo quidque loco accuratius enarrabimus.

CAPUT QUARTUM.

Veniamus nunc ad illustranda genera vitiorum, quibus scripta Galeni sive culpa librariorum parum diligentium sive inscitia atque ignorantia foedata esse et aliorum virorum doctissimorum opera et mea ipsius experientia edoctus sum. Ut supra ostendimus, omnes editiones operum Galeni, quae ante nostram aetatem prodierunt, originem duxerunt ex editione Aldina principe. Quae cum ipsa ex codice deterrimo vitiisque omnis generis maculato proficisceretur, propter nimiam editorum proximorum neglegentiam et singularem incuriam fieri non potuit, quin eadem menda, quibus codex ille laborabat, per totam seriem editionum ad nostra tempora transferrentur. Saepe tam aperta sunt, ut primo obtutu et quasi inter legendum corrigantur. Quorum in numero ea habenda sunt, quae permutatione aut confusione literarum quarundam orta sunt. De his longum est fusius exponere; digesta ea invenies et subtilissime collata ab Iw. Muellero in praef. ad Gal. librum 'De placitis Hipp. et Plat.' — Ad graviora igitur transeundum est, quae, nisi attentissimo animo sententiarum nexum examinaveris et perspexeris, vix umquam investigabis.

Quattuor sunt gradus corruptelarum, quae plus minusve incuriae librarii tribui possunt.

I. Omittuntur aut adduntur:
a) singulae vel plures syllabae;
b) singula vel plura vocabula;
c) toti versus.

II. Duae voces errore librarii aut in unam perperam contrahuntur, aut unum idemque vocabulum in duo distrahitur.

III. Duo vocabula sedes suas alterum cum altero permutaverunt, aut terminationes eorum inter se confusae sunt.

IV. Vocabulum olim, quia omissum erat, margini adscriptum, hinc postea in falsum locum textus irrepsit, ubi saepe scriptoris vocem de loco movebat.

I*a*. Primae classis exempla — nam omnes locos enumerare longum est — haec sunt:

1. V, 21, 15 *εἰς ὑστέραν* pro *ὑστεραίαν* cf. Cob. Mnem. VIII, 240. Ibid. p. 28, 6 *ἀλογίαν τινὰ ἔχει* pro *ἀναλογίαν*. — V, 903, 4 in editione nostra priore p. 5, 6 intactam reliquimus vocem *βάσεως*. Sed sententia postulat, ut scribatur *βαδίσεως* velut III, 189 *δῆλον, ὡς οἱ πλατεῖς καὶ προμήκεις πόδες ἐπιτήδειοι καὶ διὰ τοῦτ' ἀνθρώποις ἐγένοντο πλέον ἢ κατὰ τὰ τετράποδα ζῷα βαδίσεως ἑδραίας δεομένοις*. I, 21, 4 recte Kuehnius et Willet. *ἐπικοινωνεῖ*; in vetustioribus exemplaribus scriptum erat *ἐπικοινεῖ*. V, 99, 3 *ἀπιστούντοιν*] Laur. *ἀφιστούντοιν*, unde restituendum *ἀμφισβητούντοιν*. I, 31, 2 *περιωρυγμένοι*] Cob. Mnem. X, 178 recte *περιορωρυγμένοι*. Item V, 32, 3 *διητῆσ[θ]αι* correximus in *δεδιῄτησαι* coll. XIX, 5 *πρὸς τῷ μὴ δεδιῃτῆσθαι*. Denique V, 44, 14 *ἱκανὸν τοῦτο λυπῆσαι μεμνημένον*] Post *λυπῆσαι* insere *με*.

I*b*. Ad alterum genus haec spectant:
Saepissime exciderunt parvulae voces, veluti *ἂν*

vel praepositiones ἐν ἐπί διά ὑπό κατά; vel coniunctio ὡς vel negationes οὐ et μή.

Particulam ἄν inseruimus I, 17, 2 καὶ μὴν οὐκ ⟨ἂν⟩ ἀστόχως τις ἐπιφωνήσειε; ibid. 27, 9 ἴσως δ' ⟨ἂν⟩ ἀμφισβητήσειαν. V, 6, 18 ἠξίου ⟨ἂν⟩ = L et Cobet. Ibid. 31, 11 ὅ τι ⟨ἂν⟩ ἁμάρτωμεν coll. p. 9, v. 8 et 15. p. 32, 6 ὅ του γὰρ ⟨ἂν⟩ τις cum L. p. 39, 4 ἐξ ὧν οὖν ⟨ἂν⟩ θεῶνται. p. 40, 1 ⟨ἂν⟩ ἄμεμπτον εἴη. p. 73, 4 ἀσφαλὲς μὲν ⟨ἂν⟩ αὐτοῖς εἴη. p. 90, 11 εἰ ἤσκησαν — ἔργῳ μαρτυρεῖν (L) ἠδύναντ' ἄν. p. 93, 6 κάλλιστ' ⟨ἂν⟩ κριθῆναι.

Praepositionem ἐν addidi V, 9, 8 ὅ τι ἂν ⟨ἐν⟩ σοὶ βλέπῃ. ἐπί: V, 43, 16 ἢ ⟨ἐπὶ⟩ χρημάτων, unde in versum inferiorem male invasit. διά: p. 10, 7 ἢ καὶ ⟨δι'⟩ ἄλλην τιν' ἴσως αἰτίαν; p. 14, 12 σχεδὸν ⟨δι'⟩ ὅλου τοῦ βίου cum Cobetio VIII, 238 = p. 35, 5. p. 71, 10 ⟨δι'⟩ ἀμαθῆ — τόλμαν ex Laur.; I, p. 30, 3 καὶ ⟨διὰ⟩ τὸ μὴ δύνασθαι μέλλειν. ὑπό: V, 44, 3 ⟨ὑπὸ⟩ τοῦ συνεδρίου; κατά: V, 83, 10 καὶ ⟨κατὰ⟩ ταύτην. ὡς excidit V, 65, 8 ⟨ὡς⟩ ὅσα περ ἂν ἀκούσῃ, — δύνασθαι λέγειν; p. 74, 2 ἐνίων, ⟨ὡς⟩ ἐνίοτε — ἀγνοοῦσι; p. 83, 1 ἐπὶ ταὐτὸ μέρος ἀφιγμένον ⟨ὡς⟩ κατὰ τὴν πρ. ὥραν (Sauppe); I, 12, 10 ⟨ὡς⟩ πρὸς οἰκεῖον παράδειγμα τὸν ζῆλον ἡμῖν γίγνεσθαι.

Saepissime desiderabis negationes οὐ et μή. Sic V, 68, 6 βασάνους ⟨οὐ⟩ σμικράς; 96, 5 ὁτιοῦν ⟨οὐ⟩ πιστεύοντας; 74, 8 εἶτ' ⟨οὐκ⟩ ἐσχάτης καταγνώσεως ἄξιοί εἰσι, ubi Laur. firmatur. μή inserendum videbatur V, 19, 10 ἕνεκα τοῦ ⟨μὴ⟩ διαφθαρῆναι, ubi a Kuehnio primo insertum est. V, 68, 8 τῶν ⟨μὴ⟩ δυναμένων; p. 94, 12 ἀπὸ τῶν ⟨μὴ⟩ ἐναργῶς φαινομένων et p. 75, 3 ἀκριβοῦς ἐπισκέψεως ⟨μὴ⟩ γιγνομένης ex Laur.

Quibus in locis vix ulla dubitatio de inserenda negatione erat. Sed aliter forsitan res sese habeat eis locis, ubi pro οὐ μόνον οὐ, ἀλλὰ καί scriptum exstat οὐ μόνον, ἀλλὰ καί. Diu haesitavi, utrum tale quid scriptori

proprium adiudicem an librario crimini vertam. Sed ipse videas: I, 3, 10 *οὐ μόνον ἐν εἴδει γυναικὸς ἠρκέσθησαν* (scil. *οἱ τὴν Τύχην πλάττοντες*) *ἀλλὰ καὶ πηδάλιον ἔδοσαν — αὐτῇ* ubi sententia requirit *οὐ μόνον οὐκ ἤρκ.* Ibid. I, 31 *ὡς μὴ μόνον ὠφελεῖσθαί τι, — ἀλλὰ καὶ πολλοὺς αὐτῶν — οἱ γυμνασταὶ — εἰς τοὐναντίον ἤγαγον*, ubi *μὴ μόνον οὐκ ὠφελ.* exspectabis. Denique V, 51, 2 *εἰ δ'* (lege *σοὶ δ'*) *οὐ μόνον ἀρκεῖ τιμᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας ἐθέλεις — ἐπαινεῖν σε.* Immo vero *οὐ μόνον οὐκ ἀρκεῖ* scribendum erat, sicut p. 8, 17 *οὐ μόνον οὐκ ἀληθεύει, ἀλλὰ καὶ κακίαν ὅλην — ἔχει*, ubi *οὐκ* in Laur. omissum est.

Quamquam igitur Koehlerus et Willetus hanc negationis ellipsin vel detractionem ex Atticorum more explicant, — nullis nimirum ex illis argumentis exemplisque allatis —, equidem librarium neglegentiae accusare malui quam scriptori aliquid tribuere, a quo fortasse alienissimus fuit, ob eamque rem ubique negationem uncis inclusam addidi.

Idem fecimus in pertractandis eis locis, quibus verba impersonalia *χρή* et *δεῖ* per ellipsin quandam omissa inveniuntur, id quod apud Lucianum saepius factum esse docet Ad. du Mesnil in progr. suo 'Grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus est, ratio cum antiquorum Atticorum ratione comparatur.' Stolp. 1867, p. 56 med. Hoc factum est:

1. Post adject. verbale: V, 24, 14 *ὅτι παρακλητέον ἐστὶ — εἶθ' ἔτι* (L) *καθ' ἑκάστην ἡμέραν τε καὶ ὥραν ἔχειν ἐν προχείρῳ.* Item 26, 2 *ἐπιτρεπτέον τε — ἀκουστέον | — καὶ χάριν — τοῖς ἐπιπλήττουσιν ἔχειν*, ubi Sauppius inseruit pro *ἔχειν* quod a Laur. abest, ⟨*ἰστέον*⟩. Deinde p. 30, 7 *πρῶτον μέν, ὡς ἑτέροις* ἐστὶ — ἐπιτρεπτέον· εἶθ' ὅτι μὴ τοὺς τυχόντας τούτους* (lege *ἐπόπτας*) *ἐπιστατεῖν*, quod nos ob intransitivam notionem verbi *ἐπιστατεῖν* correximus in *ἐπιστατέον* (*ἐφίστημι!*) cf. Ann. Fleck. 123, p. 567. Ibid. p. 30, 12 in verbis h. d. interpolatis *εἶτα* (lege

τοῦτο) καθ' ἑκάστην ἡμέραν σαυτὸν ἀναμιμνήσκειν, ubi L exhibet αὐτὸν ἀνεμίμνησκεν i. e. αὐτὸν (= ἐμαυτὸν) ἀνεμίμνησκον!

2. Post ἀρκεῖ. V, 31, 2 οὐ γὰρ ἀρκεῖ μόνον ἀοργησίαν ἄγειν, ἀλλὰ καὶ — φθόνου ⟨χρὴ⟩ καθαρεύειν coll. περὶ τάξεων ed. Mueller p. 7, 13 οὐκ ἀρκεῖ δ' οὐδὲ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ πάθους ⟨χρὴ⟩ ἀπηλλάχθαι, ubi Mueller χρή ante ἀπηλ. interposuit, sicut etiam Ὅτι ὁ ἄρ. ἰατρός K. I, 59, 15; Mueller ed. II, p. 26, 1 καὶ μὲν δὴ καὶ λογικὴν μέθοδον ἀσκεῖν ⟨χρὴ⟩ χάριν τοῦ γνῶναι, ubi equidem ἀσκητέον malim.

3. Post ἐναργῶς φαίνεται I, 18, 14 ἐναργῶς φαίνεται μήτ' ἐπὶ γένους λαμπρότητι μήτ' ἐπὶ πλούτῳ — θαρρήσαντα καταφρονῆσαι τέχνης ἀσκήσεως, ubi supplendus est infinitivus δεῖν, aut quod nos dedimus, scribendum est καταφρονητέον.

De his igitur diiudicare hodie non ausim.

Saepius verbum quoddam finitum aut substantivum periit. V, 11, 8 καὶ διὰ τοῦτο τῶν — φιλοσόφων ἀκούσῃ ⟨λεγόντων⟩, ὅμοιον εἶναι θεῷ τὸν σοφόν. λεγόντων restitui ex Laurentiano, unde etiam p. 29, 10 (ὥσπερ ἤκουσά τινος ἐρῶντος ⟨λέγοντος⟩) participium e coniectura adiecimus. Ibid. 63, 15 excidit verbum fin. ὁρῶμεν ante ὡς ὀρθῶς. p. 39, 3 post ἐπὶ ταῖς ἐναντίαις oculorum errore omissum est substantivum αἰτίαις, velut p. 62, 12 in verbis εἰ μή τις ἦν αὐτοῖς ὁμοιότης: ἐν τοῖς λόγοις, quae sensu postulantur. cf. p. 63, 7 οὐδὲ τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὁμοιότητας.

In eis quae hucusque tractavimus omissio vocis plus minusve e similitudine literarum insequentis vocabuli orta est. Altera causa in eo posita est, quod librarius vocabulum quoddam per compendium scriptum, quod intellegere non potuit, silentio praetermisit. Cuius rei testes sunt loci quidam iam in dissertatione nostra uberius tractati, in quibus confusione compendiorum ˊ6ˑ et ˑ♉ˊ, quorum alterum particulam ὅτι, alterum vocem ἡμέρα significat, multum peccatum est.

Sunt autem hi loci, de quibus quaeritur V, 83, 15 τῆς ὅλης ἡμέρας, ὅτι, ubi ὅτι expungendum, 81, 2 τὴν μέτρησιν τῶν μερῶν τοῦ χρόνου ἀναγκαῖόν ἐστι ποιεῖσθαι, ubi Laur. et Aldina habent τοῦ χρόνου τὶς ὅτι ἀναγκ., i. e. χρόνου τῆς ἡμέρας. Pag. 92, 3 Kuehnius habet ἀκροατὰς ἔχουσιν ὁ μὲν κ΄, ὁ δὲ λ΄. Laur. genuinam scripturam servavit verbis post ἔχουσιν additis ἑκάστης ὅτι i. e. ἑκάστης ἡμέρας. Idem denique vitium exstat p. 94, 17 in verbis ὁρῶν (L) αὐτὸ — ἐνίους πάσχοντας ἑκάστην· ὅτι ἐξ ἀπόπτου γοῦν, ubi in ὅτι desideratum vocabulum ἡμέρα latet. Scribes rectius ἑκάστης ἡμέρας. Praeterea hoc vitium hisce locis animadvertimus: V, 69, 16 ἐνίους μὲν ὀνώδεις φύσει. Laur. praestat ὀνώδεις ὁ τὰς φύσεις p. comp. scriptum. Latet in corrupta scriptura 'ὁ τὰς' participium ὄντας = p. 39, 11 τὰ δὲ φιλαλήθη τῶν παιδίων ὁρῶμεν φύσει ὄντα vel ut Laur. habet ὄντα φύσει. Ibid. 72, 8 οἱ μάλιστα τετριμμένοι καθ' ἑκάστην ὅλην πραγματείαν. L: πραγμ^{ατ} i. e. πραγμάτων, unde corriges καθ' — ὕλην πραγμάτων = p. 68, 11 ὕλαις πραγμάτων et XIX, 53, 4 ἐπὶ πάσης ὕλης πραγμάτων. V, 26, 10 legitur ὡς δ' ἄλλοι πάντες αὖ οἱ προελθόντες; L habet πάντες ἂν οἱ i. e. ἄνοι, quo compendio vocabulum ἄνθρωποι significari solebat. cf. Montf. Palaeogr. gr. p. 343. Cobet Nov. Lectt. p. 612. Vollgraff Stud. Palaeogr. p. 71. Observatt. meas p. 22.

Simile vitium vide pag. 73, 9 γνῶναι τὴν δι' αὐτῶν. Scriptum fuit olim τὴν διαν' αὐτῶν i. e. διάνοιαν αὐτῶν; et p. 98, 3 τὸ γὰρ τάχ' ὁτιοῦν εὑρίσκειν ἐπαινούμενον ὁρῶντες. Quaeritur de celeri atque accelerata inventione cuiuslibet rei. Unde patet non τάχα scribendum esse, sed ταχέως. Compendium erat ταχ΄.

Quemadmodum vero in locis hucusque allatis literas singulas vel totas voces sive minores sive maiores omissas vidimus, sic nonnunquam etiam syllabae

et voces librarii errore additae sunt, quas expungere necesse nobis visum est.

V, 60, 10 scriptum est ⟨ἅμα⟩ ἁμάρτημα h. d. dittographia ortum. Plane eodem errore natum est vitium p. 23, 1 in verbis ⟨ἄρα⟩ παρὰ τἆλλα τὸ λογίζεσθαι quae Charterius primus habet. Aldina Basileensis Laurent. praebent ἄρα τἆλλα vitiose nimirum pro παρὰ τἆλλα. 62, 4 παραπλήσιον γάρ τι ποιοῦσι τοῖς — τελείωσιν τολμῶσιν ἀποφαίνεσθαι. Libri veteres una cum codice tradiderunt solum τελείωσιν. Charterius primus vitium intellegens recte correxit τολμῶσιν, sed τελείωσιν vocem intactam reliquit, unde in edit. Kuehnianam transmigravit. Dele igitur ap. K. τελείωσιν.

I c. Paullo maiorem difficultatem ei loci praebent, quibus totus versus aut omissus aut additus est. Hoc factum est duobus locis: primum V, 47, 8 post πλὴν δυοῖν, quam lacunam bono casu Laurentianus ita explevit: πλὴν δυοῖν οἷς χρώμεθα περιττόν τε καὶ ἄχρηστον τῇδ' οὐ δυοῖν, ubi causam omissionis facile cognosces. Prorsus eodem lapsu oculorum scriba codicis Aldi totum versum praeteriit V, 103, 8 τίνα τοίνυν εἰκός ἐστιν ἄλλον δὴ τοὺς φιλοσόφους — ὑπομένοντα κριτήν, ubi Laurentianus verba deficientia servavit, quae fuerunt: τίνα τοίνυν εἰκός ἐστι μᾶλλον ἐγνωκέναι τὴν ἀλήθειαν ἄλλον δὴ τὸν τοὺς φιλ. — ὑπομένοντα — ἢ τὸν — ὑφ' ἑαυτοῦ κρινόμενον. In his si ἄλλον, quod ex μᾶλλον ortum est, expunxeris et δὴ in ἢ mutaveris, oratio bene procedet.

Quam ad oculorum aberrationem respicientes tertium locum sanare conati sumus, qui legitur V, 98, 6 οἴονται βελτίους ἑαυτοὺς ἐπιδείξειν τῷ πέλας ἐν τῷ τάχει τῆς διαγνώσεως τάχος ἀλλ' ἀγνοίας ἐπιδείκνυνται. Qualia exstant haec verba intellegi nequeunt. Scripsi igitur ἐν τῷ τάχει τῆς διαγνώσεως, ⟨οὐ μὴν τό γε τῆς διαγνώσεως⟩ τάχος, ἀλλ' ἀγνοίας ἐπιδείκνυνται, ita

ut librarius ab altera voce *διαγνώσεως* ad alteram aberravisse censendus sit.

Simillimo errore scribae adducuntur, ut ab altero ad alterum vocabulum oculis transilientes totum versum, quem modo descripserunt, iterum repetant. Cuius rei exemplum vide V, 24, 1, ubi verba haec sunt: *τὸ γὰρ ἁπάντων ἀνθρώπων ὀργιζομένων αὐτὸν ἀόργητον εἶναι, τί ἄλλο ἐστὶν ἢ ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι πάντων ἀνθρώπων βελτίονα· σὺ δ'* (L) *ἴσως νομίζεσθαι [τί ἄλλο ἐστὶν ἢ ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι] νομίζεσθαι μὲν εἶναι βελτίων ἐθέλεις, εἶναι δ' ὄντως β. οὐ βούλει* (L). Verba, quae uncis circumsaepsi, invita Minerva a librario iterata sunt, qui cum expungere ea nollet, ex more verbum ultimum iterum posuit, ut hoc modo sequentia cum praecedentibus rursus conecteret. Eadem de causa V, 903, 13 in libro *περὶ μικρᾶς σφαίρας* verba *τοῖς εἰς τὰ πλάγια μεθισταμένοις ἀλλὰ καὶ* ex antecedentibus perperam repetita sunt et a nobis extrusa.

II. Venimus nunc ad alteram mendorum classem, in quam ei loci referendi sunt, quibus duo vocabula culpa scribentis in unum contrahebantur vel vice versa unum in duo distrahebatur. Cuiusmodi vitia satis vetusta esse inde evincitur, quod ne a Laurentiano quidem absunt. Tradidit enim hic praeter alia V, 72, 6 pro *ψευδῶν λόγων* una voce scriptum *ψευδολόγων* vel 38, 1 *γελᾶν ἐπὶ πάντα δὲ* pro *γελᾶν ἐπὶ πᾶσι, τὰ δὲ κτέ.*

Talia apud Kuehnium permulta invenies. V, 4, 5 *ὀλιγώτατα ἐθεασάμην ἁμαρτάνοντας*] Comparativi *ὀλιγώτερος* apud Galenum exempla inveni duo, V, 483, 17 et VI, 74, 2, superlativi nullum. Ceterum Laur. *ὀλιγωτάτους* praestat, unde vera ac genuina lectio facile percognoscitur. Scripsit Galenus *ὀλίγα τούτους* ut paullo infra *ὅσοι δ' ἑαυτοὺς ὑπειλήφασιν ἀρίστους εἶναι, μέγιστα καὶ πλεῖστα τούτους ἑώρακα σφαλλομένους.* cf. Fleck. Ann. 123, 565. Ibid. 8, 9 *τοιαύτῃ πείρᾳ κρῖ-*

νον] L: τῆς αὐτῆς π. Pronomen τοιοῦτο [illegible] sper nequit. Scribe αὐτὸς τῇ πείρᾳ, quae librari[illegible] debe- τοιαύτῃ conglutinavit. Ibid. 16, 4 ἐπεῖδον [illegible]ιτικον. contractum est ex ἐπεὶ εἶδον. Vid. Obse[illegible]um ge- p. 33, 19 et Cob. Mnem. VIII, 238. Propter [illegible]ne natum postea p. LII. Ibid. 28, 15 τούτοις πάλαι [illegible]ter se per- Emenda: τοῦτο τοῖς πάλαι. Vid. Observ[illegible] perperam 56, 6 καθάπερ ἡττᾶται] Scribe καθ' ἅπ[illegible] Fleck. 123, 568. Ibid. 63, 16 τιμῆς ἕ[illegible]issimum ματισμοῦ] L: προσχρηματισμοῦ und[illegible] enim hu- χρηματισμόν = I, 38. Plat. Ep. VI [illegible] Galenus vitium exstat ap. Galenum XVII, 1 [illegible] ὅπως μὲν πράξας ἕνεκα σχηματισμοῦ τοῦτο [illegible] γὰρ ἑαυτὸν χρηματισμοῦ. Ibid. 76, 17: κατάκρι[illegible] quod nemo κατὰ κρίσιν. Ibid. 94, 7 εὑρισκό[illegible] acerrimi Scripsimus εὑρίσκ[ειν οἴ]όμεθα. [illegible]

Alterius generis lanx satur[illegible]toque est V, 12, 5 χωρισθῇ οὔσης [illegible] confusa esse, χωρισθεὶς οὔσης. Sed amb[illegible] occupasse. trahendae sunt: χωρισθείσης [illegible] quem dixi, 8. Ibid. 13, 12 ἐθέλῃ σοι; L [illegible] syllabae recte ἐθελήσῃ. Ibid. 14, 8 μ[illegible] Atque huius λῶς τεθραμμένοις ineptiae [illegible] minime λῶς τοῖς τεθραμ., unde [illegible]—39, 2 ubi verba λίστοις. cf. Observ. p. 32 [illegible] — τὰ δ' ἔτεσιν, ubi in omnibus e[illegible]νουμενα — nec non in Laurent. [illegible] Immo Mueller Ὅτι ὁ ἄρ. ἰατρ[illegible] gaudent, quia 20, 1 ἐν ἐκείνῳ τῷ [illegible] vituperantur. Ne Londin. ap. Goulst. re[illegible] χαί- corrigendum est ἐνέκ[illegible] De tranq. animi' Fab. Max. IX, 11 ἐν[illegible] χρῆσθαι μά- δεόμενος τὸν Μι[illegible] sed potius ἀλλὰ omisso pronomin[illegible] est. 10 ἐν ἑαυτῷ προ[illegible] saepius animadverso κατὰ τὸν πρῶτο[illegible] persuasum habeo, οὖν] discerptu[illegible]

[illegible] ον

μὲν ἵππον, quae editores, si nervulos suos paullisper tantum adhibuissent, facillima opera corrigere debebant in ὅρα τόνδε τινὰ τὸν προσιόντα, φέρε Μένιππον. Sed de his hactenus. Accedamus nunc ad tertium genus vitiorum exemplis illustrandum, quod inde natum esse dixi, quod aut duae voces sedes suas inter se permutaverint, aut quod terminationes earum perperam inter se confusae sint.

III *a*. Prioris erroris exemplum splendidissimum in Observatt. meis p. 17 protuli. Legebatur enim hucusque omnibus in editionibus V, 40, 12 ubi Galenus de sua vita indoleque loquitur, ἐγὼ τοίνυν ὅπως μὲν τὴν φύσιν ἔχω, οὐκ ἔχω γνῶναι· [τὸ γὰρ ἑαυτὸν φάναι χαλεπόν ἐστι κτέ.] Verba ultima, id quod nemo dubitabit, ab interpolatore ingenii non ita acerrimi addita sunt. Luce clarius in aperto manifestoque est verba γνῶναι et φάναι in his miro modo confusa esse, alterumque alterius locum atque sedem occupasse.

III *b*. Quemadmodum vero in hoc, quem dixi, loco tota vox transiluit, sic multo saepius syllabae exeuntes inter se commixtae reperiuntur. Atque huius quoque rei in Observatt. p. 23 exemplum minime dubitandum dedi ex Galeno V, 38, 17 — 39, 2, ubi verba haec sunt: καὶ τὰ μὲν (scil. παιδία) φιλόπονα — τὰ δ' ἀμελῆ — ἔνια μὲν ἐπὶ τῷ χαίρειν ἐπαινούμενα — ἔνια δ' ἐπὶ τῷ καταγιγνώσκεσθαι — αἰδούμενα. Immo non laudantur pueri, quod gaudent; sed gaudent, quia laudantur, et pigritiae eos pudet, si vituperantur. Ne multus sim, Galenus scripsit ἐπὶ τῷ ἐπαινεῖσθαι χαίροντα, sicut ne Plutarchus quidem 'De tranq. animi' 470 A scripsisse existimandus est ἀλλὰ χρῆσθαι μάλιστα ἐπὶ τῷ χαίρειν, quod legitur, sed potius ἀλλὰ χαίρειν ἐπὶ τῷ χρῆσθαι, quod restituendum est.

Quo errore cognito atque saepius animadverso hosce locos in Galeno sanavisse me persuasum habeo, quos infra scripsi:

1. V, 11, 18 ὥστ' εἰκότως ἐσιώπα μὴ πιστεύων

[illegible]

librarium ipsum haesisse inde colligi potest, quod prima manus codicis L pluribus literis erasis exhibet μένοντες .... ϱεῖν, quam lacunam altera manus supplevit literis ϑαϱ ante ϱεῖν insertis. Hanc lectionem etiam Parisinus, quem supra Laurentiani apographum esse dicimus, servavit, eandemque Helmreichius et nos ipsi in editiones nostras recepimus. Sed accuratius hunc locum perlegens et etiam atque etiam relegens, persuadere mihi non poteram verbis antecedentibus τῷ τάχιστα ϑεῖν recte opponi verba τῷ ϑαϱϱεῖν. Etenim si quid video, oppositio vera versatur in infinitivo μένειν. Quibus cognitis in hac nova editione non dubitavi erroris, de quo dicimus, ratione habita syllabis extremis transpositis, ut sententiae morem gererem, scribere ἀλλὰ τῷ μένειν ϑαϱϱοῦντες, sicut etiam Plato (Theaet. 145 C) Socratem dicentem facit οὐδεὶς ἐπισκήψει αὐτῷ. ἀλλὰ ϑαϱϱῶν ἔμμενε τῇ ὁμολογίᾳ.

Ne tamen quis existimet talia qualia modo enarravimus, in solis his commentariis, quos tractaturi sumus, inveniri, non abs re videtur esse, ut ad finem oratio perducatur, loci cuiusdam mentionem facere, qui exstat ap. K. IV, 355, 11 σὺ δ' — οὐδὲν μὲν τούτων βλέπεις, ὅτι δ' ἐν μυϱίοις μυϱιάκις ἀνϑϱώποις ἅπαξ πού τινα ἐποίησεν ἓξ δακτύλους ἔχοντα, τοῦτο μόνον ὁϱᾷς. In his μυϱίοις μυϱιάκις transponenda sunt, sicut pagina insequenti ἐν μυϱιάκις δὲ μυϱίοις ὁϱῶμέν τι διημαϱτημένον.

IV. Quarta denique classis corruptelarum in contextu veterum editionum latentium inde efficitur, quod vocabulum, olim casu quodam omissum, postea a librario margini adscribebatur, unde a scriba sequente in textum receptum est. Sed haud raro hoc ita egit, ut verbum illud prorsus alieno loco, ubi ineptissimum erat, insereret[1]); saepius quoque vox inserta aliam genuinam de loco suo demovit. Exempla haec sunt:

1) Idem in Plutarchi scripta cadere nuper Campe (Conjectaneen zu Plut. Greiffenb. 1870, p. 1) docuit: „Wer Plut. viel

1. *Περὶ παθ.* V, 10, 8 *ἴσθι μὴ βουλόμενον αὐτὸν ὠφελεῖν σε διὰ τοῦτο σιωπᾶν ἢ καὶ ⟨δι'⟩ ἄλλην τινὰ αἰτίαν — ἀδύνατον γὰρ ἴσως αὐτῷ* etc. *Ἴσως* loco quo exstat ferri nequit. In Laur. vero iustoque loco legitur inter *τινὰ* et *αἰτίαν*, ubi aptissimum est. Patet ex margine in hunc falsum locum invasisse, ubi infinitivum *εἶναι* de loco movit, cuius vestigia in codicis scriptura latent, quae haec est: *ἀδύνατον γὰρ ἦν αὐτῷ* i. e. *εἶναι τὸ ἡμαρτῆσθαι*; qua de re vide Observatt. p. 21.

2. Simili errore statuto ibid. p. 20 locum Galeni V, 24. 8 correxisse nobis videmur *ἀλλ' ἔμοιγε βέλτιον εἶναι δοκεῖ μακρῷ πρῶτον μὲν ἐπὶ πολὺ ἔχειν ἄνευ — παθῶν — ἐξαναστάντα — ἐπισκοπεῖσθαι. Πρῶτον μὲν* pertinent in versum inferiorem ante partic. *ἐξαναστάντα.* Verba *ἐπὶ πολὺ ἔχειν* continent causam vel finem considerandi, et corrigenda sunt, nisi fallor, in *πρὸς τὸ ἐπὶ πολὺ ἔχειν.*[1]) Habes causam corruptelae. *πρῶτον μὲν* ex margine inferebantur ibique verba *πρὸς τὸ* loco movebant.

3. Ibid. p. 28, 15 ubi de voce *ἀκόλαστος* sermo est: *καὶ τῶν μὴ πρὸς ῥημάτων κολασθέντων αὐτὸ δήπου τούτοις πάλαι σύνηθές ἐστι*, quae in L sic se habent: *καὶ τοίνυν καὶ πρὸς ῥημάτων μὴ κολασθέντων αὐτὸ δήπου τούτοις πάλαι σύνηθές ἐστιν.* Summa in his difficultas in eo posita est, quod substantivum *ῥῆμα*, quod olim inter *αὐτὸ δὴ* et *τούτοις* (i. e. *τοῦτο τοῖς*) locum habuit, in superiorem lineam inter *πρὸς — τῶν μὴ κολασθ.* invasit. Quo in locum suum remisso omnia bene procedunt. cf. Observatt. p. 21.

4. Initio capitis decimi, p. 52, 15 ap. K. leguntur *τὴν δ' ἐκ τῶν ὑστέρων ὠφέλειαν ὀλιγίστους εἶδον*

gelesen hat, weiss, wie oft die ursprüngliche Ordnung gestört worden ist; und ganze Zeilen wie einzelne Wörter an unrechter Stelle vom Rande aus in den Text eingeschoben sind." —

1) cf. Gal. V, 815, 17 *κτήσαιτο δ' ἄν, εἰ καὶ πρὸς τὸ μηκέτ' ἀσθενῶς ἐνεργεῖν ἔτι καὶ ῥώμην — προσλάβοιτο.*

ὕστερον ἔχοντας. Ineptissimum illud *ὑστέρων* aut ex margine illatum aut ex versu inferiore (*ὕστερον*) lapsu oculorum ortum verum vocabulum delevit, quod Laurentianus servavit: '*ῥηθέντων.*'

5. P. 9, 3 *μήτε συνδειπνοῦντα* [*καὶ*] *τοῖς πολὺ δυναμένοις ἢ πλουτοῦσι κεκολασμένῃ τῇ διαίτῃ χρώμενον*] Hultschius (Fleck. Ann. 103, 36) et Cobet (Mnem. VIII, 235) verum videntes particulam *καὶ* translocaverunt ante *κεκολασμένῃ*.

6. Eadem medicina Cobetus sanavit locum p. 11, 17 *τάχα δὲ καὶ εἰδέναι* (lege aut *εἶδεν* aut *διὰ τὸ εἰδέναι*) *σέ ποτε πρὸς τὸν ἐπιτιμήσαντα καὶ δυσχεράναντα τοῖς σοῖς ἁμαρτήμασί τε καὶ πάθεσιν*, verbis transpositis in *εἶδεν — σέ ποτε δυσχεράναντα πρὸς τὸν ἐπιτιμήσαντα τοῖς σοῖς ἁμ. τ. κ. πάθεσιν.*

7. Alio loco p. 65, 12 huius vitii auctor non librarius est sed ipse Parisinae editionis editor: *τοῦτο γὰρ ἐπ' ἐκείνῳ σύμπαν ἐστὶ* [*πρὸς ἀλήθειαν*] *καὶ χρὴ πεφυκέναι μὲν πρῶτον εἶτα δεῖται παιδείαν τετράφθαι χρηστήν* (L l). Inclusa verba *πρὸς ἀλήθειαν* quae et a codice et ab editionibus Ald. et Bas. absunt, primum ap. Charterium leguntur. Pertinent autem ad ea quae secuntur *καὶ χρὴ πεφυκέναι μὲν πρῶτον πρὸς ἀλήθειαν*, ita ut respondeant verbis *τῷ δὲ μήτε φύντι πρὸς ἀλήθειαν.*

Eodem modo sanavisse me spero hosce locos:

P. 33, 13 ubi de etymologia substantivi *ἐγκράτεια* agitur: *καθάπερ τοὔνομα αὐτῆς ἐνδείκνυται γεγονός, ὅπερ ἐστὶν ἐκ τοῦ κρατεῖν καὶ νικᾶν τὰς ἐπιθυμίας.* Participium *γεγονός*, quod h. d. cum *ὅπερ ἐστὶν* coniungendum est, post *ἐπιθυμίας* in versum inferiorem translocavi. cf. 82, 1 *ἔργῳ πειραθῆναι* ⟨*εἰ*⟩ *γεγονὸς ἤδη τὸ προβληθέν* (scil. *ἐστί*) et I, 85, 11 *ὑφ' ὅτου ἂν αἰτίου γεγονὸς ἑκάτερον ᾖ.*

Eodem vitio fortasse laborat locus p. 62, 14, ubi de similitudine verarum ac falsarum conclusionum disputat G.: *καὶ* (L) *σμικράν γε χρὴ νομίζειν εἶναι τὴν*

ὁμοιότητα· ῥᾷστα γὰρ ἂν ἐφωράθη τις οὐ τῷ χρόνῳ βασανιζομένη πρὸς ἀνδρῶν ἀξιολόγων τε καὶ πολλῶν. Cobetus levissima mutatione huic loco succurri posse ratus proposuit (Mnem. VIII, 244) pro τις οὐ τῷ 'τοσούτῳ'. At summo opere dubito rectene v. doctissimus sententiarum nexum perspexerit. Nam quid pronomen τοσοῦτος sibi vult? De quanto qualique tempore cogitandum est? Quem putas pronomine τις significari? Accedit quod etiam genetivus καὶ πολλῶν minime in sententiam quadrat et prorsus supervacaneus est. Equidem, ne tempus fallam, scribendum propono genetivo πολλῶν mutato ῥᾷστα — καὶ οὐ πολλῷ χρόνῳ βασανιζομένη πρὸς ἀνδρῶν ἀξιολόγων coll. 69, 9 χρόνῳ πολλῷ βασανίσαι.

Denique hac via rationeque fieri fortasse poterit, ut loco cuidam corruptissimo et prorsus desperato aliquantulum medelae afferatur. P. 46 haec scripta exstant: In rebus, quae parum recte ab hominibus affectantur, inquit Galenus, numerandi sunt margaritae et sardonyches ceterique lapides καθάπερ κόσμος ὃν αἱ γυναῖκες οἷόν τι φέρουσαι ταῖς ἐξαρτησαμέναις αὐτῶν, quae recte se habere quis est quin neget? Laurentianus exhibet pro καθάπερ κόσμος ὃν omissa voce καθάπερ: κόσμον ὥσπερ αἱ γυναῖκες. κόσμον suo loco teneri non posse nemo non videt. Quid igitur verisimilius quam κόσμον illud, ut in loco supra laudato αὐτὸ δὴ ⟨ῥῆμα⟩ τοῦτο post οἷόν τι inserendum et corrigendum esse aut οἷόν τινα κόσμον aut οἷόν τι κόσμημα? ὥσπερ facile mutari potest in ἅσπερ quo facto sententiam hanc habes satis claram et dilucidam — αἵ τ' ἄλλαι λίθοι πᾶσαι, ἅσπερ αἱ γυναῖκες οἷόν τινα κόσμον φέρουσι. Quid vero in extremis verbis ταῖς ἐξαργησαμέναις αὐταῖς delitescat, alii videant. Interim satis habeo sententiam probabilem restituisse scribendo: ἐξαρτησάμεναι ἑαυτῶν i. e. redimientes se (margaritis gemmisque).

Omnia menda, quae in eis quae praecedunt, enarravimus plus minusve neglegentiae librariorum tri-

buenda erant. Sunt tamen et alia permulta, quae inscitia atque ignorantia genita sunt. Habet enim Galenus, quamquam in universum Atticorum morem dicendi sequitur, quibus ab eis differat. Sed de his cum parum exploratum sit, hoc loco nondum dicendum est. Singula vero, quae Galeni sermoni propria inveni, praetermitti nequeunt.

I. Amat enim Noster, sicut Attici[1]), pronomen reflexivum, quod dicunt grammatici, tertiae personae usurpare pro pronominibus primae et secundae personae, et singulari numero et plurali. Quam rem parum perspicientes librarii multa peccaverunt. Quemadmodum e. g. Gal. VIII, 363, 17 rectissime legitur *ἐπήνεγκα τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα* pro *τὴν ἐμαυτοῦ*, sic Laur. recte V, 7, 12 pro *ἔδοξέ μοι πρότερον αὐτὸν ἐλευθερῶσαι τῶν παθῶν* exhibet *ἑαυτὸν* quamquam de semet ipso dicit Galenus. Quod si probaveris, corrigenti mihi, spero, non repugnabis p. 17, 4 *ἥν τις, ὅπερ ἐγὼ προστάξας ἑαυτῷ — ἐφύλαξα, φυλάξῃ*, ubi libri praebent ad unum omnes *αὐτῷ*, Caselius solus *ἐμαυτῷ*. Sic *αὐτούς* pro *ἡμᾶς αὐτούς* leges ap. Gal. VIII, 839, 9 *τί νοοῦμεν τὸ μέγα καὶ τί τὸ μικρὸν ἀναμνήσομεν αὐτούς*, id quod etiam ap. Plutarchum invenies in libro De Stoicorum repugnantiis XII, 4 *ὡς οἰκειούμεθα πρὸς αὑτοὺς*; cf. E. Rasmus Coniecturae in l. c. Brandenb. 1880 p. 5. — Nec minus recte ap. Nostrum V, 36, 10 *ἑαυτοῖς ἐπιτιμῶντας* = *ἡμῖν αὐτοῖς* et 103, 4 *εἰ δίκαιόν ἐστιν, ἑαυτοὺς ἀναγορεύειν* post *ἡμᾶς αὐτούς, ὅσοι μὴ πλουτοῦμεν*. Unde efficitur Galenum V, 31, 10 non scripsisse *ἀλλ' ἐν ἅπασιν αὐτοῖς ἀρχομένους μὲν ἔτι παρακλητέον ἐστὶν ἑτέρους, ὅτι ⟨ἂν⟩ ἁμάρτωμεν ἐπιτηρεῖν τε καὶ λέγειν ἡμῖν*, sed potius *ἑαυτοῖς ἀρχομένοις* = *ἡμῖν αὐτοῖς*.

Paullo saepius usus esse videtur G. pron. *ἑαυτοῦ*

1) cf. O. Schneider ad Isocrat. *πρὸς Δημόν.* § 14 H. Sauppe ad Plat. Prot. 312 A.

pro σεαυτοῦ. Quod postquam primus I. Marquardt observavit in libello de horologiis veterum edito p. 9, ipse in Observatt. meis sex locos emendavi:

V, 21, 13 οὕτω καὶ σὺ παράγγειλον ἑαυτῷ ex Laur. pro σαυτῷ. — Ibid. διὰ τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν pro σεαυτοῦ (L αὐτοῦ). Paullo ante 20, 15 ἐὰν ἔτι διαμείνῃς ἑαυτοῦ προνοούμενος cum Laur. pro σαυτῷ coll. l. 10 προνοησάμενος ἑαυτοῦ. 32, 2 εἰ δέ περ ὄντως ἑαυτὸν ἔγνωκας τιμᾶν (ὄντως αὐτὸν L; οὕτως σαυτὸν editt.). 42, 13 ἀναγορεῦσαι αὐτὸν pro ἀναγορεύσας σαυτὸν; (L: ἀναγορεῦσαι αὐτοῦ). 49, 12 σὺ γοῦν — εὑρήσεις οὐ πολλοὺς πλουσιωτέρους ἑαυτοῦ (L: αὐτοῦ).

Quibus sex locis unum addere liceat hunc:

V, 12, 11 ἐν μὲν δὴ τῷ πρώτῳ χρόνῳ μηδ' — αὐτὸν πείθῃ, ὡς οὐδὲν ἥμαρτες pro αὐτὸν πείθειν quod est in L et editt.

II. Plurimis exemplis evinci potest Galenum ab usu indicativi futuri cum ἂν coniuncti minime abhorruisse.

Quaeritur enim, utrum V, 40, 3 in verbis κατ' ἐκείνην γοῦν ὁ γεωργὸς οὐκ ἄν ποτε δυνήσαιτο ποιῆσαι τὸν βάτον ἐκφέρειν βότρυν, optativus δυνήσαιτο retinendus sit an corrigendus. Reprehendit in 'Literar. Ctrbl.' 1875, Nr. 2, p. 51 incertus auctor (Hultsch) recensionis editionis Gal. libri περὶ Ἱπποκρ. καὶ Πλάτ. δογμάτων ab Iw. Mueller paratae, editorem, quod p. 140, 8 = K. V, p. 184 optativum δυνήσαιο restituerit pro futuro δυνήσῃ codicibus et editionibus invitis. Idem ego 'Philol. Rundschau' II, 4, p. 107 in censura Helmreichianae editionis libri περὶ αἱρέσεων monui ad locum p. 284 = K. I, 105, 5, ubi verba haec sunt τάχ' ἂν αὖθις μαθήσετε, εἰ μηδέπω — ἐπείσθητε. Invito Laurentiano qui μαθήσετε = μαθήσεσθε praestat, correxit H. μάθοιτε. Sed praeter locum supra laudatum (de Plac. V, 184) ὥστ' οὐκ ἄν, οὐδ' εἰ ταχύνοις, δυνήσῃ ποτέ — ἐξαρπάσαι τὸ τρῶσαν — eandem futuri cum ἂν coniuncti struc-

turam post praecedentem optativum hisce locis repperi:

1. V, 65, 5 *οὐδὲ γάρ, εἰ βουληθεῖεν, οἵ γε πλείους αὐτῶν ὠφεληθῆναι ἄν τι δυνήσονται, ὅστις δὲ συνετός ἐστι, βοήθειαν ἕξει.* = V, 529 *καὶ ἡμεῖς δ' ἄν, εἰ θεὸς δοίη — ἐπιδείξομεν.*

2. I, 36, 5 *εἰ Διὸς γνώμῃ — κοινωνία γένοιτο — οὐδέν' ἂν ἄνθρωπον, οἶμαι, στεφθήσεσθαι.*

3. I, 101, 10 (= Hlmr. 281, 14) *ὃ δέ μοι δοκοῦσι τάχ' ἄν ποτε συνήσειν* (*συνοίσειν* Mm).

4. VII, 7, 7 *ἡ κοπώδης αὕτη διάθεσις, εἰ μὴ μέγεθός τε καὶ χρόνον ἀξιόλογον σχοίη, οὐκ ἂν τὸ πᾶν ἑαυτῇ σῶμα συγκακῶσαι δυνήσεται.*

5. Ibid. paullo infr. 8, 2 *εἰ βραχυχρόνιον εἴη — οὐκ ἄν ποτε κόπον ἐργάσεται.*

6. Sine optativo: V, 89 *ἆρ' οὖν, ὦ δοξοσοφώτατοι, κἂν τοῦτό γε συγχωρήσετε, εἶναι πρόδηλον* — quibus conferenda sunt

7. XIV, 6 *τὴν σκευασίαν μὲν οὖν αὐτὴν κἂν ἅπαξ τις ἤδη δριμὺς ἄνθρωπος εὐκόλως μαθήσεται* et

8. XIV, 584 *ἑλκύσει γὰρ ἂν ὁ σοφιστικὸς πρὸς ἑκάτερον.*

Quibus praemissis redeamus ad locum, unde proficiscebamur, emendandum. Exstat totus locus eisdem fere verbis in libro *περὶ χυμῶν* XVI, 323, ubi verba nostra sic leguntur: *καὶ γὰρ ὁ γεωργὸς οὐκ ἄν ποτε δυνήσηται ποιῆσαι*, quae scriptura ad genuinam proxime accedit. Scripsit enim utroque loco Galenus *δυνήσεται*, quod futurum cum *ἄν* particula coniunctum esse exemplis, quae supra attuli, edoctus non iam miraberis.

III. Verba pollicendi et sperandi Galenus, sicut Attici solent, cum infinitivo futuri coniungebat:

velut V, 20, 3 *ὑπεσχόμην αὐτῷ δώσειν πληγάς.* V, 66, 1 *ἐπηγγειλάμην ὠφελήσειν* = I, 50, 8 = X,

5, 2 = V, 528, 11. V, 65, 3 *ἀλλ' οὐ τούτους ἐλπίζων ὠφελήσειν* = I, 72, 11.

Sed in hanc ipsam legem grammaticam multum a librariis peccatum est. Corrigendum igitur videbatur hoc vitium hisce locis:

1. V, 20, 6 *τοῦ δ' ὑποσχομένου πράττειν οὕτως* L: *πράξειν*.
2. V, 9, 4 *ἐλπίσας ἀληθεύειν*] Dedi: *ἀληθεύσειν*.
3. V, 15, 4 *ἐλπίζωμεν ἔχειν κἀκείνην*] Scripsi: *ἕξειν*.
4. V, 93, 18 *βραχεῖαν μὲν ἐλπίδα τοῦ φράξαι τὴν δοξοσοφίαν ἔχοντα*] Corr. *τοῦ φράξειν*.

IV. Ad ea denique vitia, quae ignorantia vel inscitia librarii commiserunt, ea pertinent, quae neglecta de hiatu lege orta sunt. Galenum enim sicut Plutarchum Polybium alios concursionem vocalium, ubi facile fieri poterat, diligenter fugisse, inter nostri temporis viros doctissimos convenit. Cuius rei testimonium luculentissimum apud Galenum ipsum *περὶ Ἱπποκράτ. καὶ Πλάτ. δογμάτων* V, 655 = Mueller 656 in syllogismo illo ab H. Diels[1]) primo laudato, invenies '*ἔνθα τῶν νεύρων ἡ ἀρχή, ἐνταῦθα τὸ ἡγεμονικόν. ἡ δ' ἀρχὴ τῶν νεύρων ἐν ἐγκεφάλῳ 'στίν· ἐνταῦθ' ἄρα τὸ ἡγεμονικόν.* Addit enim, id quod plurimum valet, Galenus, hunc syllogismum ex undequadraginta syllabis constare, quas nisi triplici vocalis elisione statuta non enumerares: 1) *δ' ἀρχή*. 2) *ἐγκεφάλῳ 'στίν*. 3) *ἐνταῦθ' ἄρα*.

Praeter hoc permulta alia argumenta ex ipsius scriptis proferri possunt, quorum gravissima haec sunt:

1. Galeno omnia subsidia nota sunt, quibus fieri possit, ut hiatus vitetur — elisio crasis aphaeresis artificiosa quaedam vocabulorum collocatio (chiasmus[2])) aut electio.

1) Jenens. Literaturztg. 1875, Nr. 9. — 2) cf. e. g. V, 37, 17 *ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν ἀεὶ φαιδρά, σκυθρωπὰ δ' ἄλλα θεώμεθα*, ubi *φαιδρά, ἄλλα δὲ* hiatum efficerent.

2. Quin etiam ab Isocrateis artificiis, de quibus O. Schneider ad Demon. praef. VII videndus, non prorsus abstinebat Galenus, quippe cum e. g. haud raro formis pronominis ἡμεῖς ἡμῖν ἡμᾶς usus videatur, ubi ἐγὼ ἐμοὶ ἐμὲ hiatum efficerent. Vide haec:

a) ἡμεῖς pro ἐγώ: XIX, 59, 4 εὐτυχίαν, οἵαν ἡμεῖς εὐτυχήσαμεν coll. v. 9 ἑπτακαιδέκατον ἔτος ἄγοντα καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐποίησεν ἐμὲ — ἀσκεῖν. Ibid. 60, 14 ἀξιοῦμεν ἡμεῖς; 18 ἀπαξιῶ.

b) ἡμῖν pro ἐμοί: I, 87, 13 ἀκοῦσαί μοι δοκῶ — καὶ ἡμῖν ὥρα; I, 94, 3 ἐμοὶ δ' ὅπῃ — δοκοῦσιν — ἂν δηλώσαιμι. γιγνέσθω δ' ἡμῖν ὁ λόγος — θαυμάζω γάρ; V, 96, 15 ἤγγειλαν ἡμῖν ἥκοντα; praecedit vero ἐγὼ ποιῶ, secuntur ὅταν ἐπιτιμήσω et ἀγανακτοῦσι πρός με.

c) ἡμᾶς pro ἐμέ: V, 1, 1 ἃ ἀπεκρινάμην πρὸς τὴν ἐρώτησιν, ἣν ἐνεστήσω πρὸς ἡμᾶς ὑπὲρ τοῦ βιβλίου — ἤδη πράξω —; V, 99, 12 καθάπερ ἡμᾶς οἶσθα ποιοῦντας post antecedentia verba (v. 3) ἤκουσα πρῴην; V, 192, 18 παρακαλοῦμαι — ἐνὸν ἡμᾶς εἰπεῖν τἀληθῆ.

3. Sic etiam nil usitatius quam διότι usurpatum pro ὅτι, vocali antecedente V, 5, 13 λέγω, διότι; V, 546 οὐδὲ διότι; XIX, 50, 10 = Mueller (περὶ τάξ.) 6, 11 ἔνιοι δ' ὅτι διδασκάλους, ἄλλοι δ' ὅτι φίλους ἢ διότι; Περὶ ἐθῶν (Muel.) 6, 11 δυναμένῳ διότι; similia permulta.

4. In eligendis quoque praepositionibus Galenus id egisse persuasum habeo, ut hiatum quam maxime vitaret. Invenies enim fere sine ulla exceptione verbum γυμνάζεσθαι aut cum ἐν vel ἐπὶ coniunctum aut cum κατά.

a) γυμνάζεσθαι ἐν: V, 68, 11 προγυμνάσασθαί γε πρότερον ἐν ὕλαις πραγμ. = 70, 3 προγεγυμνασμένος ἐν τ. μαθήμασι; = 87, 3 γυμνασάντων ἐπὶ πλεῖστον ἐν αὐτῇ = 92, 11 et 14 = 73, 14. I, 60, 13; 69, 17; XIX, 58, 8 saepius.

b) *γυμνάζεσθαι ἐπί*: I, 46, 7 *γ. πολυειδῶς ἐπὶ* = 50, 11; V, 80, 2 *βουλόμενον ἐπὶ πολλῶν — γυμναζόμενον. Περὶ ἐθῶν* Muel. 15, 16 *γυμναζόμεθα μὲν ἐπί*, alia.

Quibuscum conferas velim hos locos:

c) *γυμνάζεσθαι κατά*: I, 46, 13 *γυμνάζεσθαι κατὰ ταῦτα*; V, 62, 7 *γυμνάσασθαι κατὰ τ. ἀποδ. μεθ.*; 65, 8 *ἐγυμνάσατο κατὰ τὴν πρ. παιδείαν*; 72, 1 *γεγυμνασμένοι ποτὲ κατὰ τὰ πρ. μαθ.*; XIX, 53, 4 *κἂν γυμνάσηται κατ' αὐτάς*; 56, 18 *προγεγυμνασμένῳ κατὰ τὰς — πραγματείας*; 55, 1 *θέᾳ κατὰ τὰς ἀνατομὰς γυμνασάμενος*.

Contra hanc legem non nisi semel, quod sciam, peccatum est in commentariis, de quibus agimus: V, 74, 1 *ἐγὼ τοῦτ' ἔδειξα μειράκια προγεγυμνασμένα* (L) *ἐν μαθήμασι διδάξας γνωρίζειν ἀληθεῖς λόγους*. Sed dubito, num hoc loco verba *ἐν μαθήμασι* recte sese habeant. Nam sententiam si spectas, non de discipulis in primis elementis literarum exercitatis agitur, sed de eis qui exercitati sunt in inquirenda rerum natura. Qua causa commoti nos verba spuria *ἐν μαθήμασι* in contextu inclusimus.

5. Nec minus diligens fuisse Galenus censendus est in adhibendis formis infinitivi *δεικνύειν* et *δεικνύναι*.

I, 42, 5 *πειρώμενος ἐπιδεικνύναι τὴν καταλ. φαντασίαν*; I, 76, 4 *ἐπιδεικνύναι πειρῶνται*; I, 80, 4 *ἐπιδεικνύναι καί*; V, 105, 10 *ἐπιδεικνύναι πειρώμενοι* = 429, 11 = 527, 14 et aliis permultis locis.

At contra V, 62, 8 *ἀποδεικνύειν ἀδύνατον*; 202, 18 *ἐπιδεικνύειν, ὡς*; 429, 7 *ἀποδεικνύειν αὐτούς*; 520, 14 *ἐπιδεικνύειν οὔτε*; 551, 18 *δεικνύειν ἐκφυόμενον*.

6. Eandem curam atque industriam adhibuit Galenus, ubi de formis tertiae personae sg. optat. aor. I in *αι* aut *ειεν* exeuntibus agebatur. Ante vocalem semper scriptum videbis — *ειεν*, qua de re in Annal. Fleck.

123, 568 disserui et in 'Philolog. Rundschau' II, 4, 107. Itaque V, 52, 10 *τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐθελῆσαι ἄλυπος* (L) *εἶναι* correximus in *ἐθελήσειεν ἄλυπος.*

Quo in studio hiatus evitandi Noster eo usque processisse videtur, ut saepissime negationes *μὴ* et *οὐ* omnibus grammaticae artis legibus postpositis inter se confuderit. Sic non raro apud eundem negationem *μή* usurpatam reperies, ubi apud Atticos locum non habet, velut in enuntiatis particula *ὅτι* introductis: I, 25, 15 *ἴν', ὅτι μηδ' ἐνταῦθα πλέον ἔχουσί τι, γιγνώσκωσιν* = I, 20, 11 *πέποιθα γιγνώσκειν, ὅτι μηδὲν τούτων ἐστὶ τέχνη*; vel V, 818, 1 *ἀκολουθήσειεν* ⟨*ἂν*⟩, *ὅτι μὴ περιλαμβάνεται — τὸ ζητούμενον*; vel V, 102, 12, ubi cum Laur. correximus *γνώσεσθε, ὅτι μὴ ψεύδομαι.*

Vice versa *οὐ* legitur pro *μὴ* in enuntiatis hypotheticis I, 22, 6 *εἰ δ' οὐκ ἐθέλεις* = V, 866, 13 saepius, ubi *μὴ* particula hiatum efficeret.

Ex his, quae disputavimus, luce clarius apparet homines doctos rectissime iudicavisse, a Galeno hiatum evitatum esse. Attamen restant nihilominus tot tamque graves hiatus, qui neque elisione neque crasi neque transpositione verborum tolli queant, ut accuratius in hanc rem inquirendum nobis visum sit. Sequimur autem in his imprimis E. Rasmum, qui in libro suo De Plutarchi libro qui inscribitur De communibus notitiis (Francof. 1872. 4) p. 3 primus regulam quandam ac normam constituit, qua Plutarchus in evitandis hiatibus usus fuerit. Cui si fidem, ut par est, habemus, apud Plutarchum hiatus aut excusandus aut admittendus est:

1) post articulum;
2) post particulas *καί, μή, ἤ, εἰ, μέντοι, καίτοι*;
3) post numeralia;
4) in formulis quibusdam unam notitiam efficientibus;
5) in pausa,

α) sicubi maior interpunctio posita sit;
β) inter singula enuntiatorum membra, velut inter protasin et apodosin;
γ) in enumerandis rebus.
6) in aliorum scriptorum locis afferendis;
7) ante formas verbi *εἶναι*.

Quamvis igitur maxima pars hiatuum ap. Gal. exstantium huic canoni facile subiungantur, tamen restant haud pauci, qui subiungi nequeunt.

Ad 1) Quemadmodum post articulum concursio vocalium nil habet offensionis, sic etiam post pronomina apud Galenum saepissime admittitur, cuius rei hi loci testes sunto:

a) *Post pron. person.*: V, 4, 2 *ἐγὼ οὖν* nisi forte = p. 50, 14 scribere malis *ἐγὼ γοῦν*; V, 26, 2 *σοῦ ἡ θύρα* = 48, 2 *σοῦ ἕκαστον* (nos); I, 10, 10 *σοὶ εὖ ἔχει*; I, 51, 5 *σὲ εἶναι τυφλόν*, ubi elidi vix poterit; 10, 12 *σὲ οὐκ*; V, 48, 5 pro *βλέπω γὰρ σὲ οὐδὲ* Laur. exhibet *σὲ μηδέ*; I, 69, 9 *αὐτὸ ἑαυτοῦ* = I, 73, 11 *αὐτὸ οὐδέν*; V, 2, 13 *αὐτοῦ ὁ λόγος* = 18, 6 *ὑπὲρ αὐτοῦ εἰρηκώς*; I, 45, 3 *τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα*; V, 60, 2 *κατ' αὐτὰ ἀναλυομένων*; V, 84, 5 ex Sauppii coni. *αὐτῇ ἄλλοι — χρῶνται* pro *αὐτήν*; nos dedimus *αὐτῇ γ' ἄλλοι* = V, 7, 6 *αὐτῇ γε τῇ ἡμετέρᾳ χρώμενος*.

b) *Post pron. demonstr.*: V, 79, 14 *ἅτε δ' ὄντος τούτου ἱκανῶς χαλεποῦ* = V, 867, 17 *τούτου ἐγὼ*; V, 904, 15 *εἰς ἑκατέρου ἀρετήν*.

c) *Post pron. relat.*: V, 20, 4 *ὃ ἄν*; I, 69, 7 *οὗ ἐπιχειρεῖ*; I, 85, 10 *ὑφ' ὅτου ἄν*; V, 14, 5 *ἃ ἡμάρτανες* = 65, 1 *ἃ ἤκουσαν*; I, 77 *ἃ ἐπαγγέλλεται* (Hlmr.) et V, 900, 14 *ἃ ἐγὼ* crasi adhibita leguntur.

Ad 2) Praeter particulas *καί*, *μή*, *ἤ*, [*μέντοι*] hiatum apud Galenum patiuntur *καίτοι*, *ἤδη*, *δή*, *πού*, *πώ*, *δήπου*, ut haec exempla docent:

I, 9, 15 *καίτοι οὐκ αἰσχρόν*; I, 23, 6 *καίτοι οὔτε*; XIX, 60 med. *καίτοι οὐκ*.

Post *δὴ* hiatus frequentissimus est in formulis *τί δὴ οὖν* I, 55, 5; 60, 10; 85, 11; 103, 10; *εἰ μὲν δὴ οὖν* I, 74, 15; *τί οὖν δὴ οὐχὶ* I, 81, 5. I, 81, 17 exhibet Laur. *δὴ ἀξιοῦσι* particula *καὶ* omissa; *ἤδη ὧν* V, 22, 7.

Post *πού* V, 82, 5: *πού ἕν τι*; I, 33, 14 *οὐ γὰρ δήπου ὅτι*; V, 90, 11 *οὐδέπω ἥψαντο*, quod nescio an mutandum in *οὐδέποθ'*, sicut etiam Helmreichius *περὶ αἱρέσεων* I, 95, 14 pro *εἰ μή πω καὶ* cum L[1] parum recte scripsit *εἰ μή πω ἄρα*. Scribendum erat *εἰ μὴ ἄρα καί*.

Sed praeterea hiatus invenitur post coniunctiones *εἰ*, *ὅτι*, *ἐπεί*, *ὅπου*. De *εἰ* et *ὅτι* satis constat. Sed de *ἐπεί* vide V, 48, 2 *ἐπεὶ ἐξ*; V, 16, 4 *ἐπεὶ εἶδον* quod nos et Cobet restituimus ex *ἐπειδὼν*. *ὅπου οὐχ* V, 13, 13.

Deinde Rasmus in canone suo hiatum praetermisit, quem saepissime apud Galenum quidem post dativum in *ᾳ*, *ῃ*, *ῳ*, *ι* exeuntem reperimus. cf. V, 37, 13 *ἡλικίᾳ εἰς* = V, 904, 11 *φιλοτιμίᾳ εἰς*; V, 43, 9 *σπουδῇ πάσῃ ἀκριβῇ*, ubi fort. *ἀκριβῇ* expungi potest; I, 65, 7 *παρονύμως ἐκείνῃ ἐμπειρικοί*, ubi Hlmr. tamen *ἐκείνης* dedit; V, 84, 5 *αὐτῇ ἄλλοι* Sauppe, ubi nos *αὐτῇ γ' ἄλλοι*; I, 72, 13 *ἐν χωρίῳ εὐκράτῳ*; V, 17, 17 *γραφείῳ ἐπάταξεν*; 53, 6 *λόγῳ ἐλευθέραν*.

De tertiae declinationis dativo in *ι* exeunte pluribus dicere non opus est.

Idem, qui post dativos admittitur hiatus, excusatur etiam post genetivum secundae declinationis: V, 11, 10 *βίου ἀπάθειαν*; 66, 13 *ὁμαλοῦ ἐπιπέδου*; 72, 10 *λόγου ἀδυνατεῖν*; V, 905, 3 *ἐξ ἀδοκήτου ἐπιθέμενον*; 907, 14 *συμμέτρου ἀποστάντα*, ubi Hlmr. immerito *συμμετρίας* ex cod. Marciano restituit. XIX, 57 med. *Νουμισιανοῦ ἔχοιεν*.

Nec minus post accusativum tertiae declinationis hiatum nonnumquam deprehendimus, sicut:

V, 102, 4 *ἕνα ὁμολογεῖ*; I, 94, 11 *κατὰ γαστέρα ἤ*;

V, 417, 6 *μήτε — ἔχον μελανότητα ἢ ὅλως ἡντινοῦν χροιάν, οὔτε γλυκύτητα ἢ πικρότητα ἢ θερμότητα ἢ ψυχρότητα οὐθ' ὅλως ἡντινοῦν ἑτέραν ποιότητα*, ubi tamen hiatus excusari potest ex canone E. Rasmi. Vid. sub 3) et 5) *γ*.

Sed restant duo loci V, 24, 8 *ἐπὶ πολὺ ἔχειν* et ibid. 83, 17 *ἥμισυ ἔχει*, in quibus vix offendes, si memineris ante verbum *ἔχειν* hiatum apud Galenum nil insoliti habere, ut haec exempla docent: I, 10, 10 *εὖ ἔχει*; 10, 12 *κομιδῇ ἔχει*; V, 13, 7 *αἰδῶ ἔχοντα*; 19, 2 *ἄλλο εἶχε*; 82, 5 *γνώρισμα ἕξομεν*; XIX, 57 *Νουμισιανοῦ ἔχοιεν* et similia permulta.

Denique V, 55, 2 hiatum videbis in *ἀληθῆ ἄνδρα*. Sed quoniam per totum commentarium *περὶ παθῶν* de viro *καλῷ κἀγαθῷ* sermo fit, nescio an pro *ἀληθῆ* scribendum sit *καλὸν κἀγαθόν*.

Quod ad terminationes sive ad coniugationem sive ad declinationem spectantes attinet, longe plurimae earum ante sequentem vocalem eliduntur. Cadit hoc imprimis in eas syllabas, quae in diphthongum *αι* exeunt, qua de re optime Berthold Mueller disseruit in programmate Gymnasii ad St. Elisabetham Vratislaviensis, quod titulum fert: 'Plutarch über die Seelenschöpfung im Timaeus.' Vratisl. 1873, p. 24.

Exempla apud Galenum haec sunt:

V, 40, 4 *ἐπιδέχεται ἡ φύσις*; 65, 5 *αὔξηται ἡμῶν*; I, 36, 12 *βούλεται ἐρίσας*; I, 73, 17 *προσγίγνεται αὐτοῖς*; XIX, 60 med. *ποιήσομαι ἁπάντων*; V, 58, 4 *ἄρχομαι οὖν*, ubi vero fort. cum cod. l *γοῦν* scribendum erit.

-ναι: V, 27, 5 *κραῦναι αὐτήν*; V, 12, 1 *εἰδέναι ὧν*; I, 80, 6 *εἶναι ἢ ἐξ* = 82, 15 *εἶναι εἰπόντι*.

-σαι: V, 67, 13 *μαρτυρῆσαι αὐτό*; V, 67, 18 et 68, 1 (bis) *περιγράψαι ἢ ἐγγράψαι*.

-σθαι: V, 12, 1 *βούλεσθαι ἕκαστον*; V, 899, 2 *ἡγεῖσθαι αὐτά*; I, 45, 16 *πείθεσθαι αὐτοῖς*;

-σθαι: I, 82, 4 *κεχωρίσθαι αὐτῶν.*
-θῆναι: V, 65, 5 *ὠφεληθῆναι ἄν.*

Rectissime E. Rasmus l. l. sub 7) docuit hiatum ante formas verbi *εἶναι* locum habere apud Plutarchum. Prorsus idem etiam apud Galenum observare poteris, ut hi loci demonstrant:

V, 60, 5 *ἁμάρτημα εἶναι*; I, 51, 5 *σὲ εἶναι*; V, 23, 16 *ἄλλο ἐστίν*; 30, 5 *ἑτέρῳ* (fort. *ἑτέροις*) *ἐστί*; 46, 6 *πρᾶγμά ἐστιν*; 63, 11 *ἁμάρτημά ἐστιν*; I, 46, 11 *χρῆμά ἐστιν*; 75, 12 *ἴαμά ἐστιν* = V, 655 in syllogismo supra laudato *ἐγκεφάλῳ 'στιν.*

Quemadmodum vero ante *εἶναι* concursio vocalium admittitur, sic etiam ante *ὑπάρχειν* hiatus saepe deprehenditur: I, 60, 1 *νοσήματα ὑπάρχει*; V, 52, 18 *ὡς ἀνίατα ὑπάρχειν*; V, 102, 2 *κόσμου ὑπάρχειν*; neque minus ante formas verbi *ἔχειν*, id quod paulo ante demonstravimus.

Postremo, ut ad finem perveniamus, breviter monendum est permultas, quas in praecedentibus enarravimus, vocalium concursiones ante particulas *ἤ* et *ἄν* reperiri, non paucas ante pronominis *αὐτός* formas; id quod casu factum esse vix crediderim.

Iam vero si ex eis, quae de hiatu apud Galenum hucusque disputavimus, summam subducere volumus, haec tanquam regulam atque normam, qua Galenus usus fuisse existimandus sit quamque nos ubique in castigando textu secuti sumus, statuere poterimus.

Hiatus apud Galenum nullam offensionem praebet:

1. post interpunctionem sive maiorem sive minorem; nullam in pausa orationis, nullam in enumerandis rebus compluribus;
2. post articulum et pronomina;
3. post praepositiones *περί* et *πρό*;
4. post particulas:
   a) *καί*, *ἤ*, *μή*, *δή*, *ἤδη*, *δήπου*, *πού* et in formulis *εἰ δὲ μή*, *ἀλλ'*; *τί δὴ οὖν* similibus,
   b) *εἰ*, *ὅτι*, *καίτοι*, *ἐπεί*, α *ὅπου*;

5. post numeralia;
6. post quasdam terminationes et ad declinationem et ad coniugationem pertinentes;
7. in formulis εὖ ἔχει, εὖ οἶδ' ὅτι aliis similibus;
8. ante verba εἶναι, ὑπάρχειν, ἔχειν;
9. ante particulas ἤ, ἄν et pron. αὐτός;
10. in locis ex aliorum scriptorum libris allatis.

CAPUT QUINTUM.

In superiore capite de variis generibus corruptelarum exposuimus, quibus commentarii, quos emendare propositum est, ob librariorum neglegentiam inscitiamve repleti hucusque iacuerunt. Nunc vero demonstrandum est, quae qualiaque emblemata sint, quibus cum fere omnia scripta Galeni, tum libri *περὶ παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων* et *περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας* quam maxime inquinati ac turbati sunt. Sunt autem pleraque eorum ita comparata, ut in certas quasdam classes referri possint.

I. Atque primam quidem classem illa emblemata efficiunt, ubi librarius aut lector quidam sive interpretationis causa sive propter varietatem lectionis singulas vel plures voces margini exemplaris sui appinxerat, quae a posteriore scriba in ipsum contextum inferebantur.

II. Cui non dissimilis est altera classis interpolationum, quae inde ortae sunt, quod homo quidam sapientissimus suas notulas criticas grammaticas etymologicas in ora exemplaris sui adscripsit, unde postea in textum invaserunt.

III. Tertium genus eos locos complectitur, quibus monachus vel alius nescio quis simplicissimi ingenii ineptissimas suas considerationes cogitationes adhortationes memoriae proditurus erat.

Sed iam de singulis spectemus.

I. Primi generis exemplum habes in libro περὶ σμικρᾶς σφαίρας (edit. meae p. 4, 14) ab Helmr. probatum K. V, 901, 14 ἡ εὐπορία (τῶν ἀμφὶ τὰς θήρας γυμν.) πλούτου δεῖται καὶ ἀργίας σχολῆς τὸν καιρὸν ἐπιτηρούσης, ubi σχολῆς nil nisi interpretatio vocis ἀργίας est. Laur. scriptor utrumque teneri non posse recte intellegens ἀργίας erasit. Sed mos est librariorum notissimus, si quam vocem rarius usitatam invenirent, ad eam explicandam usitatiorem illi adscribere, qua de re nos σχολῆς expunximus.

Idem factum videbis V, 19, 8 ὡς δὲ πλεῖστον ἄμετρον αἷμα χεόμενον ἐθεάσατο. Utrumque nimium est; alterum expungendum. Nos πλεῖστον eiecimus, sicut Cobet V, 160 in verbis πολλοὺς οὖν ἤδη πολλάκις μονομάχους μονάρχους τε καὶ στρατιώτας, οὕτω τρωθῆναι συνέβη (Mnem. I, 432) μονάρχους delevit, quibus adnotabat: 'scriba dubitans, utrum gladiatores an reges poneret, dedit utrumque.'

Nonnunquam vox inserta aliam genuinam de loco movit. cf. V, 44, 2 μήτ' ἀτιμία τις (συνέπεσέ μοι) ὡς ὁρᾶν με τοῦ συνεδρίου τῆς ἐμῆς βουλῆς ἀφαιρεθέντα, quae verba spuria ac corruptissima in Laur. hunc in modum leguntur: ἀτιμία τις ὁρῶ τοῦ συνεδρίου τῆς τιμῆς βουλῆς ἀφαιρεθέντας, unde verisimile fit βουλῆς nil aliud esse nisi glossema ad subst. συνεδρίου (= δικαστηρίου). Ex scriptura ἀφαιρεθέντας ὁρῶ elucet accusativum quendam excidisse — πολλούς, qui cum glossa illa irreperet, de medio sublatus est. Nos scripsimus ὡς ὁρῶ <ὑπὸ> τοῦ συνεδρίου τῆς τιμῆς πολλοὺς ἀφαιρεθέντας.

V, 35, 6 haec leguntur: παρακαλῶν ἀντιδιδόναι τε καὶ ἀποδοῦναί τι καὶ ἀντιδιδάσκειν. Quid intersit inter ἀντιδιδόναι et ἀποδοῦναι minime patet. Laur. habet pro ἀποδοῦναι ἀντιδοῦναι, unde colligi potest ἀντιδοῦναι variam lectionem esse pro ἀντιδιδόναι, ideoque removendam.

Neque aliter de loco V, 48, 14 iudicandum erit

ἐγὼ καταλείπω πᾶσαν — πρόσοδον οὐδὲν ἐξ αὐτῆς περιττὸν ἀποτιθέμενος οὐδὲ θησαυρίζων οὐδὲ πολλαπλάσια τῶν ἀναλισκομένων ἀποτιθέμενος. Etenim si sententiam spectes, Galenus dicit relinquere se totam a patre acceptam rem familiarem, quoniam nihil ex ea ademisset, neque plus quam consumpta essent reposuisset. Quae si recte excogitavimus, elucet primum, alterum ἀποτιθέμενος (post ἀναλισκομ.) corrigendum esse in προστιθέμενος, ut est paullo supra l. 4 τοῖς ὑπάρχουσι προστίθενται, tum vero, verba οὐδὲ θησαυρίζων, quippe quae idem significent atque οὐδὲ — ἀποτιθέμενος — suo loco teneri non posse sed tanquam glossema extrudenda esse.

II. Altera emblematum classis constat ex notulis doctissimi interpretis sive criticis sive grammaticis sive etymologicis, qui saepe etiam sententiam Galeni exemplis atque argumentis ex suo ingenio allatis adornavit et amplificavit.

V, 25, 5 periodi prima pars introducitur verbis πρῶτον μὲν ὅτι; altera postrema periit. Quod recte intellegens criticus noster margini adposuit notam 'τί δεύτερόν ἐστι;' (quid est alterum?) quae a Laur. Ald. Bas. servata a Charterio eiecta est.

Ibid. 9, 2 ab eiusdem fort. manu addita habes verba molestissima ἢ τινα τούτων ἢ πάντα; eademque pagina, l. 13 συνδιατρίβων δηλονότι, quae prorsus supervacanea sunt.

Similia nuper in editione nostra libelli 'de p. pila' ostendimus, ubi in ipso exordio verba h. d. subditicia [ἱκανῶς εἰρῆσθαι ἂν δόξειε] inclusimus.

Ibid. expunximus (K. 907, 13) adnotatiunculam grammatici 'τηνικαῦτα· χρῆσθαι' qua vir doctus dicere volebat, ad finem totius comprehensionis infinitivum χρῆσθαι subsequi.

Neque aliud quidquam de loco 904, 9 iudicaverim quamvis dissentiente Helmreichio (Ind. phil. X, 1), ubi verba haec sunt: ἐν (Hlmr: ἐπὶ) τούτῳ δὲ καὶ τὴν γνώ-

III. Tertium quem edidimus libellum non, ut in editionibus traditum est, *Ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεται* sed *Ὅτι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἕπονται* inscriptum esse in Specimine novae editionis I. Erlangae 1880 p. 3 demonstravimus. Illum titulum ex locis Galenianis, velut IV 795, 11 *ἀκολουθεῖ δὲ τῇ κράσει τούτου* (sc. *τοῦ τῆς μητρὸς αἵματος*) *τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη*, XV 97, 5 *προαποδεῖξαι δὲ χρὴ . . . ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἑπόμενα τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη*, XVI 317, 3, natum esse veri simile est, hunc testatur Galenus ipse IV 674, 3 *ἔνεστι δὲ τοῦτο μαθεῖν τῷ βουληθέντι τὸ βιβλίον ἀναγνῶναι, καθ' ὃ δείκνυμι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεσθαι τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις*, VIII 191, 8 (XVI 46, 8), XIX 46, 17; cf. Procli Comm. in Plat. Rp. p. 412 med.; in Plat. Tim. p. 346 C *τί οὖν; φαίη ἂν ὁ Γαληνός· ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπονται τῆς ψυχῆς αἱ δυνάμεις*; Philopon. de anim. I fol. B⁴ a. Consentiunt codices Graeci ad unum omnes et interpres Latinus Nicolaus Rheginus vertens: 'Incipit liber Galeni de sequela potentiarum seu virtutum animae ad complexiones corporis.'

Codices autem, quos ad recognoscendum textum libelli adhibuimus, hi sunt: Laurentianus LVI 15 s. XV (L), Vallicellanus B 93 s. XVI (W), Monacensis

109 s. XV (M), Vaticanus 154 s. XVI (V), Mosquensis 292 s. XVII (a. 1630) (m). Accessit Latina Nicolai Rhegini (N) interpretatio, quae cum in aliis libris, tum in cod. Dresdensi 92 s. XV (d) et in ed. Papiensi 1515 (p) exstat. LWVM contulit Theodorus Karrer, L denuo Albertus Koehler, W Georgius Helmreich, M iterum nos, codicem m contulit A. Luther, dp nos.

Codices omnes, qui exstant, et is, ex quo Nicolaus Rheginus librum Latine ad verbum transtulit, ex uno archetypo multifariam corrupto, mutilato, interpolato manaverunt, ita tamen ut LW melioris, MVm deterioris cuiusdam apographi imaginem referant, Nicolai autem codex s. XIV vel XIII ut videtur scriptus (cf. Praef. ed. m. de Plac. Hipp. et Plat. p. 3 adn. 5) ad archetypi eorum similitudinem proxime accessisse putandus sit. Itaque Nicolai translatio multum aut ad confirmandas aut ad emendandas lectiones codicum Graecorum melioris notae valet, quamquam, si ex ea de eius codice Graeco coniecturam facere licet, is quoque multis locis miseram archetypi condicionem testatur. Ceterum deterioris familiae codices neutiquam prorsus spernendi sunt; nonnullis locis soli rectam tradiderunt scripturam, velut IV 780, 4 MVm *καὶ μὴν καί*, LW(N) *καὶ μήν*; 781, 3 MVm *ταῦτα πάντα* (e Platone), LW(N) *πάντα ταῦτα*; 794, 9 MVm *προειπών*, LW *προσειπών* (quando dixit N); 799, 4 MVm *ἐπιδείκνυμι*, LW *ἐπιδεικνύμενοι* (ostendendo N); 804, 1 MVm *ἐν τῷ ἀνθρώπῳ*, LW(N) *αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ*. Codex m librum Galeni non integrum praebet, sed desinit in verbis *ὅταν ᾖ πολλὰ μὲν ἅμα τρεφόμενα* p. 816 extr. 817, 1; in eisdem editio Aldina (A) (quam reddunt Basileensis et Goulstoniana), unde m et A eandem originem habere intellegitur. Eiusdem familiae etiam codices Londinenses et Adelphi fuisse videntur, quibuscum Goulstonus 'editiones Graecas et Latinas se contulisse' ait, si quidem ei fides habenda

est. Primus integram libelli partem extremam Graece edidit F. Morellus Parisiis 1617 (non 1528, ut in ed. Kuehn. I p. CXXXVIII legitur), post eum Charterius, apud quem tom. V 469 haec legimus: 'Posteriorem libri partem codices Basilienses (sic!) non gerunt neque aliae priores editiones, sed eam M. Dionysius Gerinus pater doctor medicinae Parisiensis a Casobono (sic!) acceptam mihi tradidit, quam prius a Federico Morello Professore Regio editam inter meos libellos reconditam inveni collatamque typis mandavi.' E quo codice Casaubonus et Morellus supplementum Graecum hauserint, hodie ignoratur; id quidem ex editione Charterii — nam Morellum inspiciendi mihi non fuit copia — apparet, eum fuisse corruptissimum. Quae autem Graece scripta calamo sunt in exemplari Aldinae Ienensi post verba *ὅταν ᾖ πολλὰ μὲν ἅμα τρεφόμενα*, debentur Iano Cornario, qui ex interpretatione Latina Nicolai Graecam orationem restituere studuit.

Nos post Kuehnium, qui totus e Charterio pendet, novae editionis specimina tria dedimus in programmatis Academiae Erlangensis a. 1880. 85. 86; ad eam, quam nunc emisimus, adornandam adiuti sumus Darembergi subiunctis interpretationi Gallicae adnotationibus, Studemundi censura primi et secundi programmatis nostri (Deutsch. Littz. 1881, 846 sqq.; 1886, 916 sqq.), inprimis A. Nauckii coniecturis per litteras mihi missis, cuius humanitati et doctrinae maximas gratias et ago et habeo. Plenus apparatus criticus quoniam inest in programmatis illis Erlangensibus, hoc volumine selectas tantum lectiones codicum, maxime Laurentiani, et si quae ab editoribus aliisque viris doctis emendata vel utiliter ad emendandum textum allata viderentur, enotanda esse existimavimus.

P. 768. In specimine Erl. I scripsi *περὶ ἐθῶν* contra codicum scripturam '*περὶ τῶν ἐθῶν*', titulum libelli (cf. supra p. XII) servaturus; at Galenus, ubi

non tam in ipsum titulum alicuius libri quam in res, in quibus liber versatur, animum adverti volt, articulum modo apponit, modo omittit; cf., ut unum exemplum h. l. afferam, II 664 extr. *ἐν τοῖς περὶ φωνῆς ὑπομνήμασι*, at ib. 675, 3 *κατὰ τὴν περὶ τῆς φωνῆς πραγματείαν* coll. III 413, 3 et 522, 4, 560 extr., 586, 12, IV 106, 6. Itaque et h. l. restitui articulum et infra p. 820 init. *κατά τε τὴν περὶ τῶν παθῶν πραγματείαν* non delevi, quamquam Posidonii libri *περὶ παθῶν* inscripti erant; cf. Bakii Posidon. reliqq. p. 196. 197; in libello *Περὶ τῆς τάξεως τ. ἰ. β.* p. 58 extr. ⟨*τὰ*⟩ *περὶ* [*τῆς*] *ἀποδείξεως* scripsi, ibid. p. 60 lectionem *μετὰ τὴν περὶ τῆς ἀποδείξεως πραγματείαν* non mutavi.

Ibid. *τινὰ μὲν γὰρ αὐτῶν φαίνονται δειλότατα καὶ καταπληκτικώτατα . . . καὶ τινὰ μὲν ἄπληστα καὶ λίχνα κτλ.* Locus mutilus est nec sufficit ad eum sanandum, quod Cobet Mnem. N. S. X 184 ne suspicans quidem inesse lacunam proposuit: *τινὰ μὲν γὰρ αὐτῶν φαίνονται δειλότατα, τινὰ δ' ἀκαταπληκτικώτατα.* Nam praeterquam quod codd. *δειλότατα ἤ*, non *τινὰ δὲ*, ut edd., *καταπληκτικώτατα* scriptum habent, pro quo *δ. καὶ καταπλ.* congruenter ad sequentia *ἄπληστα καὶ λίχνα* et ad translationem Nicolai 'timidissimi et valde stupentes' vertentis restituendum erat, non perspexit Galenum non duarum tantum partium animi, *τοῦ θυμοειδοῦς* et *τοῦ ἐπιθυμητικοῦ*, in afferendis vitiis virtutibusque puerorum rationem habuisse sed etiam rationalem partem complexum esse, ut ex verbis *ἀρκεῖ παραδείγματος ἕνεκα τῶν τριῶν αὐτῆς εἰδῶν τε καὶ μερῶν ἐνδεδεῖχθαι τὰς δυνάμεις ἐναντίας ὑπαρχούσας κτλ.* apparet. Quocirca bis verba excidisse existimamus, semel post *καταπληκτικώτατα*, fortasse ⟨*τινὰ δὲ θρασύτατα καὶ τῶν πληγῶν καταφρονητικώτατα*⟩, cf. V 38. 39, 8 = I 29. 30, 9 Marqu.; iterum post *αἰσχυντηρά*, fortasse ⟨*ἔνια μὲν φιλοψευδῆ, ἔνια δὲ φιλαλήθη καὶ τὰ μὲν ἀμνήμονα, τὰ δὲ μνημονικά*⟩,

cf. Gal. l. l., XVI 323, 8, VI 39, 11, infra p. 808, Senec. de ira II 20.

P. 769. *εὔδηλον δ' ὅτι τὸ τῆς φύσεως ὄνομα κατὰ τοὺς τοιούτους λόγους ταὐτὸν σημαίνει τῷ τῆς οὐσίας* interpolatoris esse existimo, qui docere volt, cur Galenus pro *φύσις* vocabulum *οὐσία* posuerit; cf. I 675, 4 *φύσιν δ' ὅταν εἴπω, τὴν ὅλην οὐσίαν τε καὶ κρᾶσιν λέγω.*

Ibid. *ἔπασχόν τ' ἂν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αἰτιῶν.* Olim scripsi *ὑπὸ τῶν αὐτῶν αἰτιῶν*; sed lectio codicum omnium et editionum ab usu scriptoris non aliena est; Plac. Hipp. et Plat. p. 636, 14 *πάσχει δ' ὁμοίως τὰς βραχείας μεταβολὰς ἀπὸ* (codd.) *τῶν ὁμογενῶν ἓν ἕκαστον*, VIII 87, 2 *ἀπὸ τῶν αὐτῶν αἰτιῶν πάσχειν ταὐτά*, XVI 415 extr. *ἀπὸ τῶν ψυχόντων αἰτίων πάσχει*; cf. XVII B 269, 5 *ἐκ τῶν αὐτῶν αἰτιῶν παθεῖν.* Quamquam haud paucis locis eorum librorum Galeni, quorum lectio nondum fide codicum diligenter excussorum firmata est, sitne *ὑπό* an *ἀπό* legendum, incertum est.

P. 770. [*οὕτω δὲ καὶ τὸ ξηραίνειν ὑγροὺς ὀφθαλμοὺς δύνασθαι ταὐτὸν σημαίνει τῷ δύναμιν ἔχειν ὀφθαλμῶν ξηραντικήν*]. Haec cur uncis incluserimus, in aperto est. Nimirum si id exemplum addere voluisset Galenus, cetera de facultate firmandi stomachum, glutinandi volnera ulceribusque cicatricem obducendi adiungere non omisisset. Similis generis additamenta deprehendimus paulo infra p. 771, ubi verba *οὕτω δὲ καὶ θῆρα λέγουσιν* (edd. feram dicunt N *λέγομεν* LWM) *ἐξαιρέτως τὸν λέοντα καὶ ἄλλα τοιαῦτα κατ' ἐξοχὴν ὀνομάζουσιν* ut pluribus lectores exemplis docentis exclusimus, p. 775, ubi verba *καὶ πάνθ' οὕτως τὰ τῆς ψυχῆς εἴδη τε καὶ μέρη κτλ.* ordinem sententiarum turbantia importunum alicuius magistri studium rem fusius exponendi coarguunt; ex eodem studio profecta sunt cum multa alia, tum p. 814 *ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ μηδένα γενέσθαι φυσικόν*, p. 815 *ἀγένητόν τε — ἀγένητος καὶ ἀΐδιος*, quod mire confirmationi sermonis

intervenit, p. 816 *ὡς ἀνίατον ἔχειν τὴν κακίαν*, quod qui interpolavit, immemor fuit praecedentis *τοὺς ἀνιάτως πονηρούς*.

Ibid. *ἡ . . . λογιστικὴ ψυχὴ δύναται μὲν αἰσθάνεσθαι διὰ τῶν αἰσθητηρίων, δύναται δὲ καὶ μεμνῆσθαι [διὰ] τῶν αἰσθητῶν αὐτὴ καθ' ἑαυτήν.* Alterum *διά*, quod etiam Nicolaus Rheg. legit vertens 'memorari per obiecta', ex priore *διά* tractum uncis inclusimus; cf. VIII 175, 1 *ἡ τῶν αἰσθητικῶν φαντασιῶν μνήμη*, XVIII B 659, 15 *τὴν μνήμην ἀποτίθεσθαί τε καὶ φυλάττειν ἐν ἑαυτῇ τὰ γνωσθέντα δι' αἰσθήσεως καὶ νοῦ ταμιεῖόν τι*, II 224, 1 *ἡ τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων μνήμη*.

P. 772. *οὔτε τῆς ἐπιθυμητικῆς ψυχῆς ὄρεξιν τῶν καλῶν ἔχειν δυναμένης.* Codd. edd. *τοῦ καλοῦ*, 'appetitum boni' N praebent; pluralis autem necessarius videtur propter antecedentia *καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἁπάντων τῶν καλῶν*; commendatur etiam eo, quod Galenus pluralem pro singulari ponit hiatus vitandi causa (cf. supra p. V), quamquam id neutiquam constanter facit; cf., ut aliquot exempla certae cuiusdam fidei eligam, I 543, 7 *τὸ τοῦ λέοντος ἢ τὸ τοῦ κυνὸς ἢ τὸ τοῦ ἀνθρώπου ὀστοῦν*, II 85, 10 *ἡ ἀρχὴ τοῦ ζῴου ἡ δραστική*, VI 663, 3 *τῆς δὲ συὸς σαρκὸς πρὸς τὴν ἀνθρώπου ὁμοιότητα*, VII 395, 2 *ἄλλος ἄλλῳ χρόνῳ ἱκανός ἐστιν*, VIII 580, 14 *περὶ τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ οὐκ ὀλίγον οἶδα γεγονότα λόγον*.

P. 774. [*τῇ δὲ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ τὰς δυνάμεις αὐτῆς δεικνύναι ἑπομένας, εἴ γε καὶ τὰς ἐνεργείας*]. Sententia a loci ratione alienissima videtur ex antecedente *εἴ γε δὴ τούτων εἰσὶ πρώτως ἐνέργειαι* nata atque margini ab aliquo lectore, ut vel illud *δεικνύναι* indicat, adscripta in textum irrepsisse.

P. 776. *γιγνώσκω δ' ἐκεῖνο σαφῶς* ⟨*καὶ*⟩ *ἐναργῶς*. *καὶ* in codd. LWMV omissum addidi, non, ut m, *σαφῶς* (omisso *ἐναργῶς*) nec, ut edd., *ἐναργῶς* (omisso *σαφῶς*) scripsi; si enim Galenus evidentiam alicuius

rei verbis efferre volt, illa synonyma coniungit; I 681, 12 ἐναργῶς καὶ σαφῶς ὑπάρχει τὸ δρᾶν, II 184, 16 τὰ μὲν ἐναργῶς καὶ σαφῶς οὕτως — τὰ δ' ἧττον μὲν ἐναργῶς κτλ.; X 303, 6 οὔπω δὲ σαφῶς οὐδ' ἐναργῶς ἐστι συντακτικά.

P. 777. διὰ τί ψυχόμενον ⟨σφοδρῶς⟩ ἢ ὑπερθερμαινόμενον τὸ σῶμα καταλείπει τελέως ἡ ψυχή; Scribendum fuit, nisi ὑπερψυχόμενον mavis (cf. XI 755, 12), quod tamen Galenus in hoc libro non usurpat, καταψυχόμενον aut ψυχόμενον σφοδρῶς; cf. proxime antecedentia ἡ τοῦ αἵματος κένωσις καὶ ἡ τοῦ κωνείου πόσις καταψύχουσι τὸ σῶμα, infra p. 784 καταψύχεται καὶ πελιδνοῦται, XI 551, 18 τὸ κώνειον οὐ μόνον οὐ καταψύχει τοὺς ψᾶρας οὐδ' ἀναιρεῖ καθάπερ ἡμᾶς, 597, 16 ἐπειδὰν μηδέπω ταῦτ' ᾖ κατεψυγμένα πρὸς τῶν ψυχόντων φαρμάκων, 605, 1 τοὺς ἤδη κατεψυγμένους ὑπὸ μήκωνος, 666, 16, XVIII A 693, 11 καταψύχει πλέον ἢ δεῖται ⟨τὰ⟩ ναρκοῦντα τὴν διοικοῦσαν τὰ σώματα δύναμιν; praetuli tamen ψυχόμενον σφοδρῶς, quemadmodum supra (p. 775) scriptum est: διὰ τί χωρίζεται ψυχθέντος σφοδρῶς ἢ ὑπερθερμανθέντος κτλ.; cf. IV 763, 8 ἀλλοιωθέντος τ' αὐτοῦ (sc. τοῦ σώματος) μεγάλην ἀλλοίωσιν ἐν τῇ κράσει παραχρῆμα τὴν ψυχὴν ἐξιέναι ψυχομένου [μέντοι] σφοδρῶς ἐν ταῖς κενώσεσι τοῦ αἵματος κἂν ταῖς πόσεσι τῶν ψυχόντων φαρμάκων, VII 14, 3 κώνειον κτείνει τῷ σφοδρῷ τῆς ψύξεως XI 604, 3 οὔπω κατέψυκται σφοδρῶς ἡ καρδία. Aliter se habet infra p. 779 τὰ ψύχοντά τε καὶ ὑπερθερμαίνοντα φάρμακα παραχρῆμα τὸν προσενεγκάμενον ἀναιροῦντα, ubi τὰ ψύχοντα, ut XI 597, 16 (loco modo allato), idem est quod τὰ ψυκτικά, nec magis ibid. necessarium fuit scribere ὡς καὶ τοῦ ταύτης ἰοῦ καταψύχοντος vel σφοδρῶς ψύχοντος.

P. 779. εἴ γε — παραφρονεῖν ἀναγκάζουσι καὶ μνήμην καὶ σύνεσιν ἀφαιροῦνται (ἀφαιρεῖσθαι codd. edd.) καὶ λυπηροτέραν ... ἐργάζονται (ἐργάζεσθαι codd.

edd.). *ἀφαιροῦνται* (sc. *τὴν ψυχὴν*) scripsi, non *ἀφαιροῦσι*, quemadmodum Nauck scribi volt; cf. VII 516, 9 *οὗτοι μὲν οὖν οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἀφαιροῦνται τὸν λόγον*, 95, 5 *εἰ μὲν δὴ παχύτερον ἑαυτοῦ γίγνοιτο τὸ ὑγρὸν τοῦτο, τήν τ' ἀκρίβειαν τῆς ὄψεως ἀφαιρήσεται καὶ τὸ μῆκος κωλύσει*. In hoc autem verbo quam non servet Galenus medii et activi discrimen, demonstrant cum alia tum haec exempla: X 122 extr. *ὅσον ὁ χρηστὸς* (sc. *λόγος*) *ἐπικοσμῶν προστίθησιν, τοσοῦτον ἢ καὶ πλέον ὁ μοχθηρὸς ἀφαιρεῖ*, at VIII 465, 2 *προιὸν δὲ τὸ ἔαρ ἀφαιρεῖται τοῦ μεγέθους καὶ τῆς σφοδρότητος, προστίθησι δὲ τῷ τάχει καὶ τῇ πυκνότητι* et ib. 5 *τὸ δὲ φθινόπωρον προιὸν ἁπάντων ἀφαιρεῖ, μεγέθους σφοδρότητος κτλ.*; cf. X 122, 3.

P. 781. *τὴν ὑγρότητα δηλονότι λέγων τὴν ἔμπροσθεν [ὑπ' αὐτοῦ] εἰρημένην τῆς κατὰ ψυχὴν ἀνοίας αἰτίαν γιγνομένην. ὑπ' αὐτοῦ* vitiose abundans eodem iure expunximus quo infra p. 802 extr. *κατὰ τὴν ἐχομένην ῥῆσιν [ὑπ' αὐτοῦ]* et bis *αὐτοῦ* p. 794, 16 *οὐσῶν δὲ καὶ ἄλλων αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Ἀριστοτέλους*) *ῥήσεων ἐν ταῖς περὶ τῶν ζῴων [αὐτοῦ] πραγματείαις καὶ τοῖς τῶν προβλημάτων [αὐτοῦ] βιβλίοις*, cf. ad p. 813.

P. 782. *ὥστ' οὐδὲ συνέσεως ἄκρας [ἐγγύς ἐστί] τι σῶμα θνητοῦ ζῴου, πάντα δ' ὥσπερ ὑγρότητος οὕτω καὶ ἀνοίας μετέχει. ἐγγύς* per errorem a librario ex antecedente *οὐδενὸς οὐδ' ἐγγύς* repetitum, si *ἐστί* genuinum est, extrusit adiectivum, velut *μέτοχον*, ut Nauck coniecit; sin *ἐστί* structurae explendae causa additum est, e verbo *μετέχει* non solum *ὑγρότητος* et *ἀνοίας* sed etiam *συνέσεως ἄκρας* pendebit. *τι σῶμα* oppositum est sequenti *πάντα δ'*, itaque *τι* non delendum videtur. Mendum a librario archetypi codicum qui exstant profectum est; nam legit id etiam Nicolaus vertens 'quare neque prope summam prudentiam est aliquod corpus animalis mortalis' (p).

Ibid. *τὸ καλούμενον ὑπὸ Πλάτωνος μὲν ἐπιθυ-*

μητικόν, θρεπτικὸν δὲ καὶ φυτικὸν (φυσικὸν codd. et edd. ABG) ὑπ' Ἀριστοτέλους. Charterius recte restituit φυτικόν, quod cum φυσικόν in libris Galenianis non raro commutatum legimus. Plac. Hipp. et Plat. p. 508, 12 κατὰ δὲ τὸ ἧπαρ ἐπιθυμητικὴν ἢ ὡς οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην θρεπτικὴν ἢ φυτικὴν (φυτικὴν an φυσικὴν in Hamilton. incertum teste Wellmanno φυσικὴν MA) ἢ γεννητικὴν ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου τοὔνομα θέμενον, ἀπὸ μὲν τοῦ φύειν φυτικήν, ἀπὸ δὲ τοῦ τρέφειν θρεπτικήν, ἀπὸ δὲ τοῦ γεννᾶν γεννητικήν (cfr. XVI 93 extr.), 522, 2 ἀρχὴν εἶναι τῆς θρεπτικῆς τε καὶ φυτικῆς δυνάμεως, 658, 1 τῆς φυτικῆς ἐν ἡμῖν δυνάμεως (cf. IV 51, 6 sqq.); IV 700, 6 ἄκραν γὰρ ὁρῶ ἐν τῇ διαπλάσει σοφίαν θ' ἅμα καὶ δύναμιν, οὔτε τὴν ἐν τῷ σπέρματι ψυχὴν φυτικὴν μὲν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀριστοτέλην καλουμένην, ἐπιθυμητικὴν δ' ὑπὸ Πλάτωνος κτλ., II 1, 6 εἰ δέ τις καὶ τοῖς φυτοῖς ψυχῆς μεταδίδωσι καὶ διαιρούμενος αὐτὰς (sc. τὰς ψυχὰς) ὀνομάζει φυτικὴν μὲν ταύτην, αἰσθητικὴν δὲ τὴν ἑτέραν κτλ.; cf. IV 765, 4; IX 424, 14 sqq., XV 292, 14; 362, 7; XVII A 821, 11; 558, 8.

P. 784. πυρέττει μὲν τὸ ζῷον ἐν ταῖς τοῦ πυρὸς ἀμέτροις ὑπεροχαῖς, καταψύχεται — κατὰ τὰς τοῦ ἀέρος ἐπικρατήσεις. In archetypo codicum ἐπικρατήσεις obscure scriptum fuisse videtur, ut legi posset ἐπικρατῆσαι, unde LWMV ἐπικρατῆσαι, A (et cett. edd.) κράσεις. Articulum τὰς servaverunt MV, in LW τὰς in τὸ mutatum est; veram scripturam praebet m: τὰς ἐπικρατήσεις. In ed. pr. conieci κατὰ τὴν ἐπικράτησιν, quia Galenus aliis locis κατ' ἐπικράτησιν vel κατὰ τὴν ἐπικράτησιν ponere solet, velut I 466, 14 = p. 36, 6 Helmr. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐπικράτησιν, XV 253, 4; XI 548, 1 ἵππος καὶ βοῦς κατ' ἐπικράτησιν, I 476, 11, 693, 2 cett., sed pluralis insolitus satis defenditur antecedente plurali ταῖς ὑπεροχαῖς.

Ibid. καὶ συνετὸς μὲν ὁ Χρύσιππος ἀπείργασται διὰ τὴν τούτων εὔκρατον μῖξιν, οἱ δ' Ἱπποκράτους

υἱεῖς οὓς ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ κωμικοί, διὰ τὴν ἄμετρον θέρμην MV edd. Cum praecedat συνετὸς μέν, caret id, quod opponitur, attributo, admodum enim dure struitur οἱ δ' Ἱπποκράτους υἱεῖς sc. ἀπειργασμένοι εἰσὶ τοιοῦτοι οὓς κτλ. Goulstonus post διὰ τὴν ἄμετρον θέρμην excidisse ἀσύνετοι putat, nos post υἱεῖς propter soni similitudinem ὑώδεις, cuius leve vestigium servaverunt LW et m, illi υἱεῖς υἱοὺς ἐπί, hic υἱεῖς ὑοὺς scriptum habentes i. e. υἱεῖς ὑ<ώδεις> οὕς. In margine codicis M adnotavit altera manus 'ἀριστοφάνης ἐν ταῖς νεφέλαις' adscripsitque vv. 1001. 1002. Eosdem versus laudat Cobet, Mnem X 2, 185. Cf. Gataker, Advers. miscellanea posthum. cap. XIII p. 548, Rosenbaum, Haes. Archiv. I 101, Meineke, Frgm. Com. II 1, 476, Ruhnk. Tim. p. 262 s. v. ὑηνεῖς; Schol. in Aristoph. Nubb. 1001, Thesmophor. 272; Athen. III 51 μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα, Phot. Lex. p. 558, 17 s. v. σῦς: ὗς τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον καὶ τοὺς Παναιτίου καὶ Μέμνονος εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες, Suid. s. v. ὑώδεις, ibid. s. v. τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις; Clem. Al. Strom. I 12, 55.

P. 785. δυοῖν οὐσῶν αἱρέσεων ἐν φιλοσοφίᾳ [κατὰ τὴν πρώτην τομήν]. κατὰ τὴν πρώτην τομήν ('secundam primam incisionem' N) videtur ex adnotatione lectoris in arte logica non rudis in textum irrepsisse; nam formulis dividendi et partiendi, qualis est illa, Galenus tum utitur, si in divisione vertitur cardo rei, de qua agitur; velut IX 666, 3 sqq.: συνθέτου μέντοι τοῦ νοσήματος ὑπάρχοντος οὐκέθ' ὁμοίως εὐπετὴς ἡ διάγνωσις ἀλλ' ἐνταῦθα δεῖ μάλιστα συνέσεώς τε καὶ γυμνασίας ... χρὴ γὰρ δήπου γνωρίζειν αὐτὸν ἀσκῆσαι ῥᾳδίως ἁπλοῦν εἶδος πυρετοῦ κἄπειθ' οὕτως μεταβαίνειν ἐπὶ τὰ σύνθετα. διχῶς δ' ἂν γίγνοιτο σύνθετον εἶδος πυρετοῦ κατὰ τήν γε πρώτην τομὴν ἢ τῷ τοὺς εἰρημένους (sc. πυρετούς) ἀλλήλοις μίγνυσθαι χωρὶς τόπου πεπονθότος ἢ τῷ μόριόν τι φλεγμαῖνον

ἀνάπτειν αὐτούς κτλ., cf. XI 258 extr.; hoc autem loco, ubi divisionis sectarum de mundi unitate et continuatione dissentientium obiter mentio fit, illa distinctionis formula moleste abundans est et a Galeni consuetudine abhorret.

Ibid. *ἔνιοι μὲν γὰρ ἡνῶσθαι τὴν κατὰ τὸν κόσμον οὐσίαν ἅπασαν, ἔνιοι δὲ διῃρῆσθαί φασι κενοῦ περιπλοκῇ.* Recepi codicum lectionem *περιπλοκῇ*, non editionum *παραπλοκῇ*, quamquam VIII 673, 1 in eisdem legitur: *οἱ μέν τινες ὧν τῆς δόξης καὶ ἡμεῖς μετέχομεν, ἓν ὑπάρχειν σῶμα συνεχὲς ἑαυτῷ πάντῃ μηδαμόθι κενοῦ παραπλοκὴν ἔχον, οἱ δέ τινες ἐν κενῷ πολλὰ σώματα κτλ.*; cf. IV 474, 12; 475, 8; praeterquam enim quod haec lectio nondum codicum fide firmatur, *περιπλοκή* accommodatius dicitur in Democriti eorumque, qui eius sectam sequuntur, de vacuo doctrina; Aristot. Metaph. IV 5 p. 1009ª, 26 *καὶ Ἀναξαγόρας μεμῖχθαι πᾶν ἐν παντί φησι καὶ Δημόκριτος· καὶ γὰρ οὗτος τὸ κενὸν καὶ τὸ πλῆρες ὁμοίως καθ' ὁτιοῦν ὑπάρχειν μέρος*, Philopon. in Aristot. Physic. libr. V posteriores ed. Vitelli p. 608, 9 *δυνατὸν γὰρ ἐγκατεσπάρθαι μεταξὺ τοῦ ἀέρος τὸ κενόν, ὥσπερ ἔλεγον οἱ περὶ Δημόκριτον*, cf. ib. p. 630, 13.

Ibid. extr. *ἀλλὰ νῦν γε καὶ τούτου τοῦ τρόπου εἰρημένου τὸν περὶ τῶν κράσεων λόγον προσθεῖναι δοκεῖ μοι βέλτιον εἶναι.* Sic edd. — *καὶ τούτου τοῦ τρόπου εἰρημένου* glossema est; manifestius fit lectione codicum LWVm *καὶ τούτου ἐστὶ τοῦ τρόπου εἰρημένου, καὶ ἐστὶ τούτου τοῦ κτλ.* M; *τρόπου* ex *τόπου* depravatum simili mendo atque IV 789, 11, ubi Aldina ceteraeque edd. *τρόπους*, codices et Oribasius recte *τόπους* praebent. Adnotatiuncula posterioribus demum temporibus nata videtur; non legit eam Nicolaus.

P. 786. *αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη* codd. (nisi quod V *ψυχή* omisit) edd., 'lux sicca anima prudentissima' N. De Heracliti dicto cf. Wesseling, De Hera-

cliti αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη, Observatt. crit. V 3, 42—48, Mullach, Frg. Phil. I 325, Bywater, Heracl. Frg. 74, Zeller, Phil. Gr. I⁴ 623 adn., Siebeck, Gesch. d. Psychol. I 1, 266 adn. 4, Chaignet, Histoire de la Psychologie des Grecs I 37 adn. 2. Goulstonus variis formis dicti Heraclitei e variis veterum scriptis excerptis censet 'in tanta varietate scripturam genuinam discernere haud esse proclive'; at non minus errat quam Daremberg (Oeuvres de Galien traduites I 65 adn. 2) et Cobet (Mnem. X 185), qui haud dubie veram sententiae formam restituerunt conicientes αὔη [ξηρὴ] ψυχὴ σοφωτάτη, Galeni textus rationem non habuerunt; editoris enim Galeni est non ipsius Heracliti verba sed eam dicti formam, quae Galeno innotuerit, explorare, quae qualis fuerit, proxima verba dilucide demonstrant: τοὺς ἀστέρας αὐγοειδεῖς θ' ἅμα καὶ ξηροὺς ὄντας ἄκραν σύνεσιν ἔχειν. Codicum igitur lectionem intactam reliquimus. In seqq. aperta additamenta sunt et verba τὸ γὰρ τῆς αὐγῆς ὄνομα τοῦτ' ἐνδείκνυται, quae Daremberg et Cobet emendando τὸ γὰρ τῆς αὔης ὄνομα frustra Galeno attribuunt, et εἰ γάρ μή τις αὐτοῖς (om. codd., non om. N) ὑπάρχειν τοῦτο φαίη, δόξει τῆς τῶν θεῶν ὑπεροχῆς ἀναίσθητος εἶναι, quae quidem verba debentur lectori fortasse memori loci, qui est in IV 360.

Ibid. συνέσεως εἶναι αἰτίαν codd., 'prudentiae esse causam' N, εἶναι συνέσεως αἰτίαν edd. Retinui illam collocationem et hoc loco et infra p. 799 τὴν κρᾶσιν εἶναι αἰτίαν φησίν (ubi solus M αἰτίαν εἶναι), quoniam tale hiatus genus Galenus saepissime admisit (cf. Marqu. Script. min. vol. I p. LIII) idque eo magis, quod diphthongi αι elisio in loquendo usitatissima erat; infra p. 814 legimus τὴν δικαιοσύνην αἱρεῖσθαι αὐτήν; cf. V 22, 1 (= Script. min. I 9, 1 Marqu.), 27, 5 (= 20, 18), 40, 4 (= 30, 24), 56, 5 (= 43, 19); nec mag[illegible]us sum infra p. 819 restituere ἔσται ἡδονή, XI[illegible]αι αὐτοῦ. Marquardt quoque Script. min.

I 36, 1 invexit similem hiatum lectionem *ἐξαρτησαμέναις αὐταῖς* emendans in *ἐξαρτησάμεναι ἑαυτῶν*.

P. 787. *ἐναργῶς γε τὸ τῆς προκειμένης νῦν ἡμῖν πραγματείας ἐνδείκνυται, ⟨τὸ⟩ τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα καὶ πάθη ταῖς τοῦ σώματος ἕπεσθαι* (*ἑπόμενα* codd. edd.) *κράσεσιν*. Inserui *τό* et infinitivum pro participio reposui, quia sententia ad *τὸ τῆς προκειμένης νῦν ἡμῖν πραγματείας* spectat, non ex *ἐνδείκνυται* suspensa est, quod verbum tamen sexcenties apud Galenum cum acc. et inf. struitur. Cf. VIII 853, 18 *ὅτι τὸ προκείμενον ἀποδέδεικται, τὸ δεῖν εἰς τὴν περὶ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτίων θεωρίαν ἐπίστασθαι κτλ.*, XI 725, 8 *τὸ πολλάκις ἡμῖν ἀποδεδειγμένον ὑπὸ τούτων μαρτυρεῖται, τὸ χρῆναι πάσας τῶν φαρμάκων τὰς δυνάμεις . . . ἐξετάζεσθαι*, VIII 854, 4 *τὸ δ' ὀλίγῳ πρόσθεν ἀναβληθὲν ὡς ἄξιον σκέψεως ἤδη θεασώμεθα, τὸ μηδένα τῶν ἐμπειρικῶν δύνασθαι τὴν τήρησιν . . . ποιήσασθαι*, III 152, 4, 627, 15. Etiam infra p. 817 *τό* omissum in codd. edd. esse animadvertimus atque scripsimus *ἐφύλαττον ⟨ἂν⟩ αὐτὸ τοῦτο πρῶτον, ⟨τὸ⟩ . . . ποιεῖσθαι*; cf. III 193, 5.

P. 788. *ὅπερ ὅ τε Θουκυδίδης συμβῆναι πολλοῖς φησιν ἔν τε τῇ λοιμώδει νόσῳ τῇ νῦν γενόμενον* (*γενομένῃ* codd. edd.) *ἔτεσιν οὐ πολλοῖς καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα*. Pro *γενομένῃ* dativo *λοιμώδει νόσῳ* a librariis accommodato scripsi *γενόμενον*, qua levissima mutatione perfectus existit sensus: 'quod et Thucydides multis accidisse ait et in pestilentia abhinc annos non multos factum esse nos quoque vidimus.'

P. 791. *Ἀριστοτέλης — κατὰ μέν γε τὸ δεύτερον περὶ ζῴων μορίων κτλ.* In recensendis locis Aristoteliis eandem fere atque in Platonicis et Hippocrateis tenui rationem, ut, si quae lectiones a textu, qui dicitur receptus, discreparent, perpenderem, utrum librariorum incuria vel interpolatorum commentis ortae essent an Galenus ipse in suo codice eas transcripsisset.

P. 792. *εὔδηλος* (*εὔδηλον* codd. edd.) *μὲν οὖν ἐστιν* [*ὡς*] *ὁ Ἀριστοτέλης κἀκ ταύτης τῆς ῥήσεως ἕπεσθαι βουλόμενος κτλ.* Ex vitiato *εὔδηλον* natum est *ὡς*, sed *βουλόμενος* (quod in Ch errore fortasse typographico in *βουλομένοις* depravatum K recepit) indicat veram scripturam *εὔδηλος*; XVIII B 127, 8 *εὔδηλός ἐστι γιγνώσκων μὲν τἀληθές, οὐκ ἀκριβῶς δ' ἑρμηνεύσας*, 238, 9 *εὔδηλος οὖν ἐστι καὶ τὴν τρίτην ἡμέραν ... τάττων*, 417, 1 *εὔδηλός ἐστι καὶ τὰς ὑπολοίπους δύο μεμφόμενος ἀναλήψεις.*

P. 795. *οὐκ ὀλίγα πέφυκε* ⟨*γνωρίσματα*⟩ *περί τε τῶν τῆς ψυχῆς ἠθῶν καὶ τῆς τοῦ σώματος κράσεως.* Excidit in codd., ut e seqq. *ἔνια τῶν φυσιογνωμονικῶν* patet, *σημεῖα* (cf. supra *διὰ μέσων τῶν φυσιογνωμονικῶν σημείων*) vel *γνωρίσματα*; cf. infra p. 803 extr. *φυσιογνωμονικῶν γρωρισμάτων ἁπάντων*; I 342, 7. 9 *τὰ τῆς κράσεως γνωρίσματα.* E Nicolai translatione nihil certi elici potest, nam p tradit 'non pauca secundum motum (l. mores) animae et craseos corporis,' d pro 'secundum' (per compendium scriptum) praebet 'sunt', in ceteris cum p consentit.

P. 798. Et in priore et in hac recensione libellum Hippocratis *περὶ ἀέρων καὶ τόπων καὶ ὑδάτων* inscripsimus secuti Nicolaum, qui vertit 'de aëribus et locis et aquis', non codices, qui praebent *περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων*, quamquam aliis locis hic titulus apud Galenum legitur, velut V 881, 12, XVII A 7, 6; 8, 12; 28, 1; 35, 10; 827, 13, XVII B 341, 5; 597, 8; XVI 374, 2: *περὶ ὑδάτων, ἀέρων καὶ τόπων*, item 378, 12. Illa tituli forma, quam N in cod. suo legit, invenitur XVII A 2, 3, XVII B 583, 18, 591, 6, XIX 141, 10 *ἐν τῷ περὶ ἀέρων καὶ τόπων καὶ ὑδάτων*, ubi Ilberg, de Galeni vocum Hippocraticarum glossario in Commentt. Ribbeck. p. 345, ex Marciano *ὡρῶν* pro *ἀέρων* restitui volt (VII 933, 5 *περὶ ἀέρων, τόπων καὶ ὑδάτων*). Ceterum in nullius libri titulo tam inconstans fuit Galenus quam in illius Hippo-

cratei: si quidem fides editionibus tribuenda erit, paene omnes eum in permutandis nominibus *ἀέρων*, *ὑδάτων*, *τόπων* modos mathematicorum usurpasse dicam. Legimus enim *περὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων καὶ τόπων* XVI 350, 15, XVII A 10, 10; 210, 2 (*περὶ ἀέρων, ὑδάτων καὶ τόπων* XVI 361, 10; 364, 6; 395, 6; 409, 1; 435 extr.); *περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων* XVI 370, 12, VII 891, 5, XVII B 575, 4; 579, 8; 583, 7; 584, 3; 588, 9. 17; 589 extr., 595, 8, XVIII A 11, 3; 54 extr. (XVII B 578, 10 *περὶ ὑδάτων, τόπων καὶ ἀέρων*); *περὶ τόπων καὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων* XIX 36, 9 (35, 4 *περὶ τόπων ἀέρων ὑδάτων*, XVI 393, 7 *περὶ τόπων, ἀέρων καὶ ὑδάτων*). De titulorum varietate non inutiliter disputavit Ermerins, Hippocr. rell. I 242 adn.

P. 799. *ὡδὶ γράφει* (*γράφει ὡδὶ* codd. edd. scribit ita N) *περὶ τῆς εὐκράτου χώρας*. Galenus dicere solet *ὡδὶ γράφει* (VII 828, 10), *ὡδὶ γράφων* (VII 835, 1. 13, XVII A 446, 1), *γράψας* (XVII A 282, 4), vel *ὡδί πως γράφει, ἔγραφε, ἔγραψε* (supra p. 797, VII 628, 16; 842, 6; 934, 8; VIII 495, 15; 628, 1; IX 852, 2; 854 extr.); *ὡδὶ* autem verbo postponit, si hiatus tollitur, velut XVII A 280, 13; 495 extr., XVIII B 343, 14 *ἔγραψεν ὡδί*; ubi forma verbi concursum vocalium non efficit, *ὡδί* praecedit vel subsequitur verbum; itaque non solum *ὡδὶ γράφων* sed etiam *γράφων ὡδί* legitur, velut VII 910, 6, IX 18, 15; 567, 9; 591, 17. Loco igitur, de quo quaerimus, *ὡδί* contra Nicolai et codicum fidem transponendum fuit.

P. 807. *ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ πνεύματα φησὶ σαφῶς τὰς εἱλήσεις, τουτέστι τὰς ἐξ ἡλίου θερμότητας, εἰς τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, εἰ μή τι ἄρα νομίζουσι κτλ.* Mancam et mutilatam lectionem codicum explevimus ex interpretatione Nicolai hunc in modum instituta: 'In hoc sermone spiritus evidenter, id est ventos, et soliationes, id est eas quae a sole caliditates, inprimere ait in potentiis animae.' Scripsimus igitur *ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ 'πνεύματα' σαφῶς, ⟨τουτέστι τοὺς*

ἀνέμους>, <καὶ> ‘εἰλήσεις’, τουτέστι τὰς ἐξ ἡλίου θερμότητας, <δύνασθαί> φησιν εἰς τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις κτλ. Possis etiam servata collocatione verbi φησί, quam codices tradunt: πνεύματα σαφῶς φησιν infinitivum sic collocare, ut legatur εἰς τὰς τῆς ψυχῆς δύνα<σθαι δυνά>μεις (cf. IX 100, 13 εἰς αἰσθητὴν ἐξαίρειν κίνησιν), sed in re incerta melius ducem sequimur Nicolaum Rheginum codicis sui Graeci multis rebus melioris vestigiis presse insistentem. Aldina, quae eandem praebet ac codd. scripturam, nisi quod καί ante εἰλήσεις inseruit, post δυνάμεις interpolatum habet προστισαμένας, quod in B in προσθησαμένας mutatum est, unde mirabilis Goulstoni Charterii Kuehnii scriptura προσθησομένας fluxit.

P. 811. ‘μηδένα ἐπὶ στρατοπέδου γεύεσθαι τούτου τοῦ πόματος’ (e Platone). πώματος rectissime recentissimi editores Platonis C. F. Hermann, M. Schanz, alii; at in codicibus et editionibus Galeni uno, quod sciam, loco, XVIII A 49, 13 ἀκρατεστέρῳ χρῆσθαι τῷ πώματι, excepto tam constanter scriptura πόμα, πόματα tradita est, ut non ausus sim formam πῶμα recipere, praesertim cum Galenus neque omnibus in rebus Atticorum scriptorum usum sequeretur neque Atticistarum praecepta observaret, quippe qui multus esset in castiganda horum molestissima diligentia.

P. 812. μεταχειρίζεσθαι τοὺς οἴακας τῆς νεώς (νηὸς codd. ναός edd.). Restitui nunc formam usitatam genitivi, quoniam multis aliis locis eam in edd. traditam esse animadverti, velut I 237, 9. 16, II 11, 2, IV 241, 14 (νεὼς κρηπῖδα), X 46, 9, XIV 648, 13, XV 308, 9; ut h. l., ita nihil auctoritatis habet scriptura XVIII A 522, 2 τὸ κατὰ τῆς νηὸς ἐμπεπηγὸς ὀρθὸν ξύλον, 767, 12 τὰ δ’ ἔξω τῆς νηός, XVIII B 347, 5 ἀπὸ τῆς ἐμβολῆς τῶν νηῶν, III 71, 1 ἐχουσῶν τὸν ἄνεμον τῶν νηῶν.

P. 813. λεγομένης τ’ ἐνίοτε τροφῆς [ὑπ’ αὐτῶν LWMV] οὐ μόνον τῆς ἐπὶ σιτίοις ἀλλὰ καὶ πάσης

τῶν παίδων διαίτης. Manifestum est orationem vitiatam esse adiectis verbis *ὑπ' αὐτῶν* ab eo, qui significare voluisse videtur *τροφήν* a Graecis (*ὑπ' αὐτῶν* sc. *τῶν Ἑλλήνων*) nonnunquam dupliciter dici; est autem illud *ὑπ' αὐτῶν* propter sequens *οὐχ οἷόντε φάναι κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον εἰρῆσθαι νῦν ὑπ' αὐτοῦ* (sc. a Platone) *τὴν τροφὴν* mutatum in *ὑπ' αὐτοῦ* et in codice Nicolai sic Latine locum reddentis: 'cumque dicatur aliquando cibus ab eo non solum ea quae in cibis sed universa infantium diaeta' et in eo codice, unde m et A manaverunt; *ὑπ' αὐτοῦ* legit etiam excerptorum auctor XVI 47. 48. De illo autem genere adiectionis ab oratione Galeni absonae vide quae supra ad p. 781 collegimus exempla.

P. 814. *Οὐκ οὖν ἀναιρετικὸς ὅδ' ὁ λόγος ἐστὶ τῶν ἐκ φιλοσοφίας καλῶν ἀλλ' ὑφηγητικός τε καὶ διδασκαλικὸς ἀγνοουμένου τινὸς ἐν αὐτοῖς τῶν φιλοσόφων*. Lectionem codicum et editionum et depravatam et mutilatam emendandi fundamentum praebet Nicolai Rhegini translatio 'quamvis ignoretur (sc. sermo) ab aliquibus philosophis.' Itaque reposuimus *καίτοι γ' ἀγνοούμενος*; genitivum autem codicum *ἀγνοουμένου* suspicamur accommodatum a librariis genitivo *τινός* esse, postquam ante *τινός* excidit *μέχρι*, quod aegre desideratur; nam non plane ignoratur *ὅδ' ὁ λόγος* a quibusdam philosophis sed quadamtenus, *μέχρι τινός*; cf. III 310 extr. *ὡς εἰς τὰ συνεχῆ μόρια μέχρι τινὸς αἱ δυνάμεις διαδίδονται*, XI 4, 12 *οἱ δὲ μέχρι μέν τινος ἔτεμον, οὐ μὴν πρός γε τὸ τέλος ἐξίκοντο*, 72, 10 *τοῦτο δὲ μέχρι μέν τινος οἷον πυρετός ἐστι τοῦ μορίου*, II 715, 9; *ἐξ ἡμίσεος* enim, ut ait Galenus, naturam hominis cognoverunt. Nauck, qui conicit *διδασκαλικὸς τοῦ ἀγνοουμένου τέως ἐνίοις τῶν φιλοσόφων*, acute vidit *ἐν αὐτοῖς* depravatum esse ex *ἐνίοις*, qua recepta emendatione totus locus corruptus in hunc modum reformandus est: *καίτοι γ' ἀγνοούμενος μέχρι τινὸς ἐνίοις τῶν φιλοσόφων*.

P. 815. *οὐκέτι προσκεπτομένοις οὔτ' εἰ γενητόν ἐστιν οὔτ' εἰ μὴ γενητόν.* Codices non solum *οὐκέτι πρόσεστι σκεπτομένοις* sed etiam *οὔτε γεν(ν)ητόν ἐστιν οὔτε μὴ γεν(ν)ητόν* scriptum tradunt. Editiones ante *γενητόν* et *μὴ γένητον* inseruerunt *εἰ*, recte; cf. IX 620, 11 *οὔτ' εἰ καλῶς οὔτ' εἰ μὴ καλῶς εἶπεν ὑπὲρ αὐτοῦ Ἱπποκράτης*, XI 180 extr. *περὶ δὲ λουτρῶν σὺ μὲν ὅλως οὐδὲν εἶπας οὔτ' εἰ χρηστὸν οὔτ' εἰ μὴ χρηστόν.*

P. 817. *παραφυλάττει* <*οὖν* ChK> *ὃ δεῖ εἰπεῖν τὰ τοιαῦτα τῶν νῦν φιλοσόφων.* Ad turpatae lectionis codicum emendationem nihil fere valet Nicolai Rhegini translatio sic tradita: 'evitare igitur opus ut est dicere haec talia a philosophis qui nunc sunt'; accedit quod Rheginus *παραφυλάττειν* non recte interpretatus est, cum sit verbi vis non evitandi sed observandi aliquid ita, ut cautio adhibeatur et error vel vitium aliquod devitetur; cf., ut pauca exempla e Galeno afferam, I 195, 1 *εἰδὼς γὰρ* (sc. *ὁ λογικός*) *ὅτι τὰ μὲν συμπτώματα δηλωτικά ἐστι τῶν τὸ συμφέρον ἐνδεικνυμένων σκοπῶν, τὰ δ' οὐκ ἔστι τοιαῦτα, τὰ μὲν χρήσιμα παραφυλάττει, τὰ δ' ἄλλα παραιτεῖται*; IV 172, 11; V 11, 14 (= Script. min. I 8, 20 Marqu.), 31, 13 (= 24, 7), 78, 12 (= 61, 4), VII 2, 15; 172, 14; IX 609, 6 *ταῦτ' οὐκ ἀναγνῶναι χρὴ μόνον ἐκ τῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων ἀλλὰ καὶ μνημονεῦσαι καὶ παραφυλάξαι πολλάκις ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων, ἵν' ἐκ τοῦ συνεχῶς ἑωρακέναι τὴν ἀκριβῆ τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἔχωμεν διάγνωσιν*, 621, 10; 627, 15; 775, 2 *ἐμοὶ τῷ τοσούτοις ἔτεσι παραφυλάττοντι*, 780, 15 *ἔγωγ' ἐκ μειρακίου μὲν ὑπηρξάμην παραφυλάττειν τὰς κρισίμους ἡμέρας, ἵνα τι κἀκ τῆς ἐμαυτοῦ πείρας ἐπικρίναιμι περὶ τῆς διαφωνίας αὐτῶν.* Nos corruptum locum hoc modo sanandum existimavimus: *παραφυλάττειν οὖν δεῖ* [*εἰπεῖν*] *τὰ τοιαῦ*<*τα κα*>*τὰ τῶν νῦν φιλοσόφων*, ut sententia esset 'diligenter igitur observanda sunt talia quae modo attuli rerum usu manifesta exempla

adversus huius aetatis philosophos, qui ex evidentissima quaque re disputandi initia capere nolunt idque contra morem sapientium antiquorum.'

P. 818. *οἱ δ' ἕνα ἢ δύο που κατὰ σπάνιον ἰδόντες . . τοὺς πλείστους ἔφασαν εἶναι κακούς*. Edidi *κατὰ* ⟨*τὸ*⟩ *σπάνιον*; nihil enim apud Galenum frequentius formulis *κατὰ τὸ σπάνιον* (IV 552, 3 legendum *κατὰ* ⟨*τὸ*⟩ *σπάνιον*; cf. ibid. 558, 10) et *ἐν τῷ σπανίῳ* (*ἐν τῷ σπανιωτάτῳ*), quarum usus singularis paucis exemplis demonstretur. Copulantur cum *ποτε*, *ἐνίοτε* (*που*), *ἔνιοι*; VII 847, 8 *ταύτῃ τῇ γυναικὶ διὰ παντὸς μὲν τοῦ χρόνου μέγα καὶ ἀραιὸν ἦν τὸ πνεῦμα, παρενέπιπτε δέ ποτε κατὰ τὸ σπάνιον ἡ βραχύπνοια*, 'incidebat tamen aliquando, quamquam raro, spiratio brevis', XVII A 818 extr., 819, 14, XVII B 835, 9, XVII A 851, 4 *ἐνίοτε δ' ἐν τῷ σπανίῳ μεθ' ὕπνων χρηστῶν εὔφορος γίγνεται ἡ νύξ*, 'interdum autem, sed raro', XVII B 546, 8 *ἔνιοί γε μὴν ἐν τῷ σπανίῳ τῶν ἀπαγχομένων ἀπήνεγκαν* (l. *ἀνήνεγκαν*), 'nonnulli tamen, quamquam id raro fit, ad vitam redierunt'. Idem usus in sententiis condicionalibus deprehenditur: IV 220, 1 *εἰ μὴ φυλάττοιτό που τοῦτο κατὰ τὸ σπάνιον*, si forte id non servetur (quod raro accidit), X 677, 10 *οὗτοι πάντες οἱ πυρετοὶ . . οὐκ ἀναμένουσι δεύτερον παροξυσμὸν ἀλλ' ἐντὸς τῶν εἴκοσι καὶ τεσσάρων ὡρῶν παύονται τοὐπίπαν ἢ εἴ που κατὰ τὸ σπάνιον ἐνίοτέ τινες αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐκτείνονται*, 'aut si quando, id quod tamen raro accidit', IX 235, 6 *ὁ μὲν οὖν δέκατος* (sc. *σφυγμός*) *ὑψηλὸς ἅμα καὶ πλατὺς γενόμενος . . ἐφ' ἑνὸς μὲν ἀνθρώπου τῷ συμμέτρῳ παραβαλλόμενος ἀδύνατος συστῆναι, πλὴν εἴ ποτε κατὰ τὸ σπάνιον ἡ θέσις ὅλη τῆς ἀρτηρίας ἐξαλλάττοιτο*, XVII B 148, 14 *εἰ δέ ποτε κατὰ τὸ σπάνιον ὁ κάμνων φαίνοιτό σοι φιλοτάπεινός τις*. Eadem vis inest in *σπανίως*; VIII 341, 1 *εἰ δέ που σπανίως ὑπὸ περιστάσεως πραγμάτων ἄσιτος ἠναγκάσθη διατεθῆναι*, XVII A 33, 8, XVIII B 92, 14. Cum numeralibus coniunctum

κατὰ τὸ σπάνιον vel *ἐν τῷ σπανίῳ* respondet Latino cum (ubi) plurimum, nostro 'wenn es hoch kommt', 'höchstens'; XVI 725, 13 *σφαλήσεται μὲν πάνυ πολλάκις, ἐπιτύχοι δ' ἂν ποτε κἂν ἅπαξ ἐν τῷ σπανίῳ*, XVII B 868, 14 *ἤτοι πάσης ἀμέτρου δυσκρασίας ὑποπιπτούσης ἢ κατὰ τὸ σπάνιον ἐκφευγούσης αὐτὸν* (sc. *Ἱπποκράτην*) *μιᾶς*. Itaque loco, de quo quaerimus, Galenus intellegi volt: 'qui autem unum aut summum duos viderunt.'

P. 818. *εἰ γάρ τις ἐπιτρίπτων τε καὶ φιλονείκων ἐθελήσειεν* [ἂν] *ἐλευθερίᾳ γνώμῃ .. τὰ πράγματα θεάσασθαι.* Scripturam codicum etiam post additum a Charterio — incertum an ex cod. Morelliano — *οὐκ* ante *ἐπιτρίπτων* mancam explevimus scribendo *εἰ γάρ τις οὐκ* ⟨*ὢν*⟩ *ἐπιτρίπτων κτλ.* De negationis forma nihil est dubitationis; VI 628, 9 *πῶς γὰρ οὐ δεινόν, εἰ Πλάτων μὲν οὐκ ὢν ἰατρὸς οὐκ ἠγνόησεν ὅτι .. οἱ δὲ τοσοῦτον ἀποδέουσιν .. ὥστ' οὐδ' ἐπίστανται κτλ.*, IX 618 *εἴ τις εὐθὺς κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν οὐδὲν ἔχων σημεῖον κινδυνῶδες ἀλλὰ καὶ προσέτι σύμπαντα σωτήρια πυρέττοι μὲν ὀξέως κτλ.* Quales autem *ἐπιτρίπτους* intellegi Galenus voluerit, docet ipse X 19, 1 *πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἐπιτρίπτων ἀνθρώπων ἢ τοὺς βελτίονας οὐκ αἰδουμένων ἢ καὶ τοῖς θεοῖς αὐτοῖς λοιδορουμένων*; *φιλονείκων* (codd.) autem non in *φιλονίκων* mutavi, quia persuadere mihi non potui iustam causam esse, cur labenti Graecitati illud compositum quamquam contra leges sermonis formatum et Atticis inauditum (cf. Schanz, Proll. ad Plat. Opp. VI, 1 p. VII sqq.) abrogaretur; Gal. Scr. min. I 8, 5 Marqu., ib. 9, 17, Plut. Mor. p. 39 C ed. Bernardakis, Marc. Anton. III 4 ed. Stich., Procl. Comment. in Plat. Rp. ed. R. Schoell p. 102, 33, 103, 1, 104, 11. Idem valet in *φιλονεικίᾳ*; Gal. Scr. min. I 25, 10 Marqu., 40, 9.

Ibid. *διαστρέφεσθαι δ' ὑπὸ τῶν* [*ἐξεπιτιμώντων*] *γονέων τε καὶ παιδαγωγῶν καὶ διδασκάλων.* Nauck ingeniose pro *ἐξεπιτιμώντων* conicit *ἐξεστηκότων*.

Equidem suspicor *ἐξεπιτιμώντων* mutilatam — id quod praepositio *ἐξ* indicat — adnotationem esse lectoris vel interpolatoris, cui cum illud *ὑπὸ τῶν γονέων κτλ.* nude dictum esse videretur, imperfectam ut putabat orationem his verbis supplendam existimavit: *διαστρέφεσθαι δ' ὑπὸ κακῶν ἔξ⟨ωθεν ἐπεισιόντων ἢ τῶν⟩ ἐπιτιμώντων γονέων κτλ.* At cf. Senec. Ep. 94, 54 'non licet, inquam, ire recta via: trahunt in pravum parentes, trahunt servi.'

Ibid. *οὐ γὰρ δὴ ἄλλοις γέ τισιν ἐντυγχάνει τὰ παιδία* codd., *οὐ γὰρ ἐν ἄλλοις κτλ.* ChK; *οὐ — παιδία* om. N; Nauck conicit *οὐ γὰρ ἂν ἄλλοις .. ἐντυγχάνοι.* De codicum lectione non opus est decedere, cum Galenus hiatum post *οὐ γὰρ δὴ* .. (*γε*) perquam multis locis admittat, e quibus haec exempla h. l. afferre satis erit: I 245, 3 *οὐ γὰρ δὴ ἀποχρήσει γε μόνον*, 479, 3 = p. 48, 15 ed. Helmr. *οὐ γὰρ δὴ ἐκ τῶν ποιοτήτων*, 600, 6 *οὐ γὰρ δὴ οὕτως ἁπλῶς εἰκάζειν ἐχρῆν*, 629, 4 *οὐ γὰρ δὴ ἁπλῶς κτλ.*, 632, 6 *οὐ γὰρ δὴ ἀνατεμεῖν γε ζῶντας*, II 46, 11; 57 extr.; 206, 2; 208, 9 *οὐ γὰρ δὴ εἰκῇ γε*, III 274, 4 = p. 11, 12 ed. Helmr. *οὐ γὰρ δὴ ἔτι γε δεῖται*, 456, 4 *οὐ γὰρ δὴ ὁμοίως γε πᾶν .. πέφυκεν*, 616, 12; 724, 16; 813, 16 *οὐ γὰρ δὴ ἐνήλλαξέ γ' αὐτά*, 858 extr., IV 371, 4; 707, 9; 720, 6, IX 705, 2 *οὐ γὰρ δὴ ἰατρῶν γέ τις*, IX 902, 2 *οὐ γὰρ δὴ ἄλλος γέ τις .. αἴτιος*, 914 extr. *οὐ γὰρ δὴ ἴσων γ' ἡμερῶν*, XI 150, 14; 423, 9; cf. ed. m. alt. de opt. med. phil. p. 38. 39.

P. 818 extr. 819. *πάνυ δ' εὐήθεις εἰσὶ καὶ οἱ διαστρέφεσθαι λέγοντες ἡμᾶς κτλ.* Loco sequenti a Galeno e Posidonio excerpto insignis labes illata est a librariis codicum Graecorum quotquot exstant et codicis Nicolai, quamquam is nonnulla praebet, quae ad eam tollendam adiumento sunt. Optime autem proxima verba corrupta *ὑπό τε* (MV *γε* LW) *τῆς ἡδονῆς καὶ τό γε αὐτῆς μὲν ἐχούσης πολύ. τοῦ δ' ἀποτρεπτικοῦ* (*ὑποτρ.* L) *τε καὶ τραχέος ὄντος* ('et hi verti

(*στρέφεσθαι* ChK) dicentes nos a delectatione inductionem quidem habente multam aversione vero existente aspera' N) emendavit Nauck hoc modo: *ὑπό τε τῆς ἡδονῆς καὶ τοῦ ἄλγους* (vel *πόνου*), *τῆς μὲν ἑλκούσης* ⟨*πρὸς ἑαυτήν*⟩, *τοῦ δ' κτλ.*; fortasse ad Nicolai verba translata accommodatius scribendum *τῆς μὲν* ⟨*ἑλκτικὸν*⟩ *ἐχούσης πολύ*; in spec. Erl. III p. 14 *ἑλκτικὸν καὶ λεῖον ἐχούσης πολύ* proposui. Sequentia verba omni depravationis genere laborant: '*ἐπεὶ τοίνυν εἰ μὲν* (si igitur N) *μηδεμίαν ἔχομεν ἑτέραν ἐν ἡμῖν δύναμιν οἰκειωμένην* (WMV *οἰκειώμεθα* L) *ἡδονῇ μᾶλλον ἀρετὴν μᾶλλον ἡδονῆς ἥτις ἰσχυροτέρα τῆς πρὸς τὴν ἡδονὴν ἀγούσης ἡμᾶς ἐστι φύσεως κἂν οὕτως εἴημεν ἅπαντες κακοὶ τὴν μὲν κρείττονα δύναμιν ἀσθενεστέραν, ἰσχυροτέραν δὲ τὴν μοχθηρὰν ἔχοντες ἤδη* (LW *ἢ* MV) *κρεῖττόν ἐστιν* (LW *κρείττονός ἐστιν* M *κρείττωνός ἐστιν* V) *ἰσχυρότερον τίς τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἀνέπεισεν ὑπὸ τῆς ἀσθενεστέρας νικηθῆναι.*' Initium sanationis a sanis verbis *τὴν μὲν κρείττονα δύναμιν ἀσθενεστέραν, ἰσχυροτέραν δὲ τὴν μοχθηρὰν ἔχοντες* incohandum esse existimavimus adhibita simul translatione Nicolai 'si igitur in nobis nullam aliam habemus virtutem familiorem delectatione, maior erit delectatio quam virtus' et 'si vero ea quae melior est et fortior'; inde totius loci emendatio a nobis in hunc modum tentata est: *καίτοι γ' εἰ μὲν μηδεμίαν ἔχομεν ἑτέραν ἐν ἡμῖν δύναμιν ᾠκειωμένην μᾶλλον ἡδονῆς, ἰσχυροτέρα πως ἔσται ἡδονὴ τῆς ἀρετῆς, ἥτις κρείττων τῆς πρὸς τὴν ἡδονὴν ἀγούσης ἡμᾶς ἐστι δυνάμεως κἂν οὕτως εἴημεν ἅπαντες κακοὶ τὴν μὲν κρείττονα δύναμιν ἀσθενεστέραν, ἰσχυροτέραν δὲ τὴν μοχθηρὰν ἔχοντες· εἰ δ' ἡ κρείττων ἐστὶν ἰσχυροτέρα, τίς τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἀνέπεισεν ὑπὸ τῆς ἀσθενεστέρας νικηθῆναι*; Inter *ἰσχυροτέρα* et *ἔσται* inserui *πως*, quod Galenus, si per sententiam loci licebat, inter vocabulum in *α* longum desinens et *ἐστί* vel *ἔσται* interponere solebat; cf. III 640, 6 *ἑτεροία πώς ἐστι*, XI

612, 7 *ἰσχυροτέρα πώς ἐστιν* (sc. *ἡ Μαγνῆτις λίθος*), *ἡ δ' ἑτέρα* (sc. *ἀνθυλλίς*) *αὐτῶν, ἡ τῇ χαμαιπίτυι ἐοικυῖα, λεπτομερεστέρα πώς ἐστι τῆς ἑτέρας. ἀσθενεστέρα ἔσται* defendet et is, qui meminerit Galenum non omnibus locis fugisse talem hiatum, cf. II 496, 10 *ἐγκαρσία ἐστὶν ἡ διάφυσις αὕτη,* praesertim cum eum communis hominum pronuntiatio adiuvaret, et qui Posidonii ipsius, non Galeni verba haec esse putat; illum quidem non constat tale artificium hunc concursum vocalium vitandi in componenda oratione adhibuisse.

P. 820. *δεόμεθα πάντες οὐχ οὕτω τοῦ φεύγειν τοὺς πονηροὺς ὡς τοῦ διώκειν τοὺς καθαρίσοντάς τε καὶ κωλύσοντας ἡμῶν τὴν αὔξησιν τῆς κακίας.* Hellenisticam formam verbi *καθαίρειν, καθαρίζειν* (cf. Grimm. Lex. in libr. Nov. Test. s. v. *καθαρίζειν*) Galenus non repudiavit; cf. II 883, 13 *καθαρίζουσι δὲ καὶ βλέννας,* X 350, 6 *ὅτι καθαριεῖ τὸν ῥύπον,* si quidem lectio certa est; elegit autem formam participii *καθαρίσοντας,* non Atticam *καθαριοῦντας* — formis autem futuri Attici alibi saepe utitur —, ut, cum illa aetate *ι* et *υ* iam eundem sonum redderent, *ὁμοιόπτωτον* efficeret, cuius schematis causa interdum ab usitata dicendi consuetudine deflexit; cf. I 58 in. *ὁ δυνάμενος οὐ μόνον λόγῳ πλάσασθαι ἀλλ' ἔργῳ διδάξασθαι τοῦ κατὰ φύσιν πλούτου τὸν ὅρον,* IV 43, 10 *τῷ μέντοι χρήσεσθαι μέλλοντι ζῴῳ τοῖς ἑαυτοῦ μέλεσι καὶ βαδίσεσθαι μὲν τοῖς ποσίν, ἀντιλήψεσθαι δὲ ταῖς χερσίν,* VII 129, 6 *αὗται δέ γ' εἰθίκεσάν θ' ἅμα* (cf. supra p. XXIII) *καὶ πεφύκεσαν ἐκ τῆς γαστρὸς ἐπισπᾶσθαι τὴν τροφήν,* XI 121, 19 *κἄπειθ' οὕτως ἀναδεύσαντας αὐτῷ τὸ τῶν κριθῶν ἄλευρον, ἀφαιρήσαντας δὲ καὶ τούτων τὸ πιτυρῶδες πᾶν.*

IV. V. In recensendis libellis *Περὶ τῆς τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων πρὸς Εὐγενιανόν* et *Περὶ τῶν ἰδίων*

βιβλίων uno tantum codice adiuti sumus, Ambrosiano Q 3, quem post Ioannis Duetschke curas ipsi excussimus. Descripsimus codicem in ed. prioris libelli (Erlangae 1874) p. 5, ubi haec fere exposuimus: codex est papyraceus atque infimae aetatis, quippe qui ineunte saec. XVI exaratus videatur. Parum autem in eo adiumenti inest; nam in mendis, praetermissionibus, interpolationibus summus eius consensus est cum editione principe Aldina (vol. IV f. 4 sqq. et f. 1 sqq.), ut aut ex eodem fonte, quo haec, deductus videatur aut pro eius archetypo existimandus sit. Ex Aldina fluxerunt ceterae editiones, Basileensis vol. IV f. 368 sqq. et f. 361 sqq., Charteriana vol. I f. 49 sqq. et f. 35 sqq., Kuehniana (vol. XIX p. 49 sqq. et 8 sqq.). Textus igitur libellorum ad aetatem nostram pessime mulcatus pervenit; cum permultis locis lectionis pravitate laborat, tum detruncatus miserrime est; desunt singulae voces, desunt sententiae integrae, quid? quod partes aliquae deperditae sunt, ut fragmenta potius quam libros *Περὶ τῆς τάξεως τ. ἰ. β.* et *Περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων* exstare dicas. Atque alteri quidem opusculo, quod est de ordine librorum Galeni, qualem in editione Erlangensi operam impenderimus, A. Eberhard in Burs. Jahresb. III 530. 531 et J. Marquardt in Philol. Anz. VII 23—25 iudicaverunt; quid in alterius opusculi oratione emendanda tanta apparatus critici penuria laborantes profecerimus, videant harum rerum iudices periti. In adnotatione critica editionum quoque, non codicis Q solius discrepantiam lectionum, si qua notatu digna esset, subiunximus.

XIX p. 50 K. *ἔνιοι μὲν ὅτι πατέρας ἔσχον κτλ.* Ne quis putet ante *ὅτι* excidisse *ἰατρούς*, vid. ed. m. Erlang. p. 18; ibidem de sequente *ἀπὸ τῆςδε τῆς αἱρέσεως*, quod non in *ἀπὸ τῆςδέ τινος αἱρέσεως* mutandum, disputatum est.

Ibid. *ἐγὼ μὲν δή μοι πεπεικὼς ἐμαυτὸν ὡς κτλ.* Q edd. Marquardt l. l.: ‘vielleicht steckt in dem *μοι*

ein *που* oder *ποτε*, wie Gal. V 30 (= p. 23, 11 ed. Marqu.) *ἐγὼ δήποτε κτλ.*' At laudati loci alia ratio est atque eius, de quo quaerimus; in hoc epanalepsis quaedam cernitur, in illo non item. Initio libelli Galenus dixerat se non id secutum esse, ut libri sui in volgus ederentur; iam illuc revertitur his verbis: *ἐγὼ μὲν δὴ . . οὐκ ὠρέχθην οὐδεπώποτε τῶν ἐμῶν ὑπομνημάτων οὐδὲν ἐν τοῖς ἀνθρώποις εἶναι.* In eiusmodi iteratione sententiae nihil neque *δήπου* neque *δήποτε* habet loci, sufficit vel *δή* vel *οὖν*, cf. XIX 10, 2 *τοῦ μὲν δὴ πολλοὺς ἀναγιγνώσκειν ὡς ἴδια τὰ ἐμά*, quod spectat ad antecedentia. Itaque illud *μοι*, fortasse e formulae, qualis est *ἐγὼ μὲν δή μοι δοκῶ* (III 860, 2) vel *διό μοι δοκῶ κἀγώ* (X 8, 11), recordatione profectum, et in priore editione et in hac eieci.

P. 51. *ἀρκεῖ δ' οὐδὲ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ πάθους ἀπηλλάχθαι* <*χρή*>. Quamquam per sermonis Graeci legem licet e sententia negativa elicere verbum *χρή* vel *δεῖ*, quemadmodum h. l. volt Eberhard, tamen argumentis in ed. Erlang. p. 19 a me allatis non minus quam Marquardt Script. min. vol. I 32, 16 adductus *χρή* a librariis omissum esse existimo; cf. I 117, 11 *οὐ γὰρ ἐπαρκεῖ ἐπιγνῶναι . . ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἔχεσθαι ἀεὶ τοῦ ἀκολούθου δεῖ*, 137, 4 *καὶ οὐκ ἐπαρκεῖ τῷ γένει ταὐτὰ εἶναι συμπτώματα . . ἀλλὰ καὶ χρόνου δεῖ τηρήσει παραλαμβάνεσθαι*, 245, 3 *οὐ γὰρ δὴ ἀποχρήσει γε μόνον εἰς τὴν εὕρεσιν ὧν ζητοῦμεν ἐπιθυμῆσαι τῆς ἀληθείας ἀλλὰ χρὴ καὶ δύναμίν τινα τῆς εὑρέσεως πορίσασθαι*, VI 820, 17 *ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς πείρας βάσανον αὐταῖς προσακτέον*, VII 612, 14 *οὐκ ἀρκεῖ μόνον τοῦτο φάναι, προσθεῖναι δὲ χρὴ τὴν παντὸς τοῦ σώματος ταραχήν*, IX 56, 10 *οὐ μὴν ἀρκεῖ τοῦτο μόνον γιγνώσκειν ὑπὲρ αὐτῶν ἀλλὰ χρὴ τά τε κατὰ μέρος ἅπαντα διορίσασθαι καὶ τὴν οἰκείαν ἀπόδειξιν ἑκάστῳ προσθεῖναι*, 779, 15 *ἐπεὶ δ' οὔ τι τὸ σπάνιον ἱκανόν ἀλλὰ χρὴ πολλάκις ὦφθαι κρίνουσαν*, XVII A 443, 6

οὐκ ἀρκεῖ δὲ τοῦτο μόνον ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν γόνιμον γένεσιν ἀποτελεσθῆναι δεῖ ὁμόφυλα εἶναι τὰ συνιόντα. De collocatione autem verbi *χρή* post infinitivum perfecti pass. vd. I 694, 9 *ἀπηλλάχθαι χρή* (id. III 694 extr.), II 90, 10 *ἐσφάλθαι χρή*, VIII 477, 9 *μεμνῆσθαι χρή* (863, 14; IX 129, 8; XI 385, 13; 411, 3; 519, 15; 602, 11; 627, 8; 632, 9; XVIII B 489, 4), VII 811, 15 *ἐρρῶσθαι χρή*, VII 574, 9 *συνηυξῆσθαι χρή*, XVIII B 449 extr. *ἠκριβῶσθαι χρή*, 447, 4 *ἐστοχάσθαι χρή*, 774 extr. *ἐσφίγχθαι χρή* (897, 6).

Ibid. *εἰ γάρ ⟨τις⟩ μὴ τοῦτ' ἔχων ἐθελήσειεν . . ζητῆσαι τἀληθὲς . ., μόνος ἂν οὗτος ἐξεύροι τὴν ἀρίστην αἵρεσιν.* *τις* inserui respiciens ad apodosin *μόνος ἂν οὗτος* sqq. (cf. infra p. 53 K *ἐάν τις . ., οὗτος ὠφελεῖσθαι δυνήσεται*), qua re structurae ambiguitas *εἰ γὰρ μὴ τοῦτ' ἔχων* tollitur; *μὴ τοῦτ' ἔχων*, non *τοῦτο μὴ ἔχων* Galenus idcirco scripsisse videtur, ut h. l. concursum vocalium vitaret, quamquam post *μή* hiatus cum alibi saepe ab eo admissus est, tum sequente *ἔχων* propter volgarem loquendi rationem (*μὴ'χων*) commendabatur; velut VI 667, 10 *ξηρότερα τῶν μὴ ἐχόντων ἐστί*, 805, 6 *διὰ τοῦτ' αὖ μὴ ἐπιτήδειος εἰς πόσιν.* Loci igitur sententia haec est: 'a caeco volgi in sectas vel studio vel odio liberum esse oportet, quo vacans (*μὴ τοῦτ' ἔχων*) si quis via ac ratione ipse anquirere verum . . voluerit, is solus sectam optimam inveniet'.

